






Cres Cat Sci entia
Vita Exco- latur

Über zwei Handschriften der Stadtbibliothek in Zürich.

Beiträge zur Kunde der lat. Literatur des Mittelalters.

Inaugural-Dissertation,
der h. philosophischen Fakultät I. S.
der Universität Zürich

vorgelegt am 11. Juni 1903

von JOH. JAK. WERNER,
von Löhningen und Beggingen
(diplom. aarg. Bezirkslehrer, diplom. zürcher. Gymnasiallehrer),

von der h. philos. Fakultät I. S. angenommen den 13. Juli 1903
„unter der Bedingung, dass . . . ausdrücklich angegeben werde, sie sei mit der Notkerschrift [Notkers Sequenzen, Aarau Sauerländer 1901] zusammen als Dissertation angenommen worden.“

Referenten: Herr Prof. Dr. *Herm. Hitzig,*
Herr Prof. Dr. *Gerold Meyer von Knonau.*

Tag der mündlichen Prüfung: 28. November 1903.



AARAU 1904.
Druck von H. R. Sauerländer & Co.

Vita.

Geboren den 9. Januar 1861 in Löhningen (Kt. Schaffhausen) besuchte ich die Gemeindeschulen in Rüti (Kt. Zürich) und Löhningen, die Realschule in Beringen, das Gymnasium in Schaffhausen. Nach einem kurzen Aufenthalt in Neuenburg (Sommer 1880) bezog ich im Frühjahr 1881 die Universität Zürich um mich für das Lehrfach in klassischer Philologie auszubilden.

In Zürich genoß ich den Unterricht der HH. Professoren † Avenarius, Blümner, Haag, † Hug, Kaegi, Meyer von Knonau, † Schneider, † Schweizer-Sidler, † Tobler, † Vögelin. In Göttingen besuchte ich die Vorlesungen der HH. Professoren Dilthey, Fick, † Sauppe, Steindorff, von Wilamowitz-Möllendorff. Zwei Semester war ich ordentliches Mitglied des philol. Seminars in Göttingen, fünf Semester außerordentliches Mitglied des philol.-pädag. und zwei Semester des histor. Seminars in Zürich.

Ich werde nie vergessen, wie großen Dank ich allen meinen Lehrern schuldig bin; besonders verpflichtet fühle ich mich dem Präsidenten der antiquarischen Gesellschaft (H. Prof. Meyer v. Knonau), der die Güte hatte, 1891 die Aufnahme der ältesten Hymnensammlungen von Rheinau in die Mitteilungen dieser Gesellschaft zu empfehlen.

In den praktischen Schuldienst trat ich im Sommer 1886, indem Herr Rektor Haag in Burgdorf mich als Stellvertreter für einen erkrankten Lehrer an das Gymnasium berief. Im Herbst desselben Jahres siedelte ich nach Lenzburg über, wo ich beinahe 16 Jahre Unterricht in Latein, Griechisch, Geschichte und Religion erteilte.

Während der Ferien arbeitete ich auf einheimischen oder auswärtigen Bibliotheken (z. B. München, Stuttgart, Nürnberg). Darum bin ich einer großen Zahl von Fachgenossen, deren stete Bereitwilligkeit und Zuvorkommenheit meinen Arbeiten zu statten kam, zu größtem Dank verpflichtet.

Jak. Werner.

I. Handschrift C. 58/275 der Stadtbibliothek Zürich (Z).

Pergament: 185 Bl., 29 × 20 cm; zwei Kolonnen von je 34 Zeilen. Blattkustoden; Quaternionenzahlen V—XXX auf der Vorderseite auf dem 5 cm breiten untern Rande.

Es fehlen I—IV; VII 1, 2 nach f. 16; VIII 5, 6 nach f. 26; X 7, 8, XI 1, 2, 3 nach f. 42; XIIII 2, 3 nach f. 63; XV 4, 5 nach f. 71; XVIIII 6 nach f. 103; XVIIII 8, XX 1, 2 nach f. 104; XXVIII 5, 6 nach f. 169; XXX 6, 7, 8 am Schluß, nur hier ohne Textverlust.

Die Texte sind mit vielen Abkürzungen, wie sie am Ende des XII. Jahrhunderts besonders an den französischen Schulen üblich waren, geschrieben. Die Schrift macht beim ersten Anblick einen so verschiedenen Eindruck, daß E. Steinmeyer in ihr viele Hände unterscheiden möchte, während W. Wackernagel erst mit Quat. XXX, wo die Schriftzüge bleichere Tinte und schmächtigere Formen aufweisen, das Auftreten eines zweiten Schreibers annehmen will.

Die gleichmäßig durchgeführte Verzierung mit einfachen roten Initialen, die bei aller Verschiedenheit doch einheitlichen Formen der Buchstaben, die immer gleiche Art der Lineatur machen es nicht blos höchst wahrscheinlich, sondern durchaus sicher, daß die ganze Hs. mit Ausnahme der letzten Zeile von dem gleichen Schreiber geschrieben wurde, aber nicht in einem Zuge, sondern mit zahlreichen Unterbrechungen und unter ungleichen Umständen. Wackernagel versetzte den Schreiber nach Schaffhausen, E. Steinmeyer wies ihn keiner bestimmten Gegend zu. Schwierigkeiten für die Entscheidung dieser Frage bereitet die von Wackernagel und Karl Weinhold beobachtete Ungeübtheit im Schreiben des deutschen Textes, während die lateinischen Teile charakteristische Merkmale französischer Schreiber aufweisen. Man wird kaum fehl gehen, wenn man als Urheber der Hs. einen deutschen Kleriker betrachtet, der auf französischen Schulen, z. B. Orléans und Paris, studierte und diese Blätter gewissermaßen als Frucht seiner wiederholten Studien nach Deutschland heimbrachte. Wie und wann die Hs. nach Zürich kam, läßt sich nicht ermitteln.

fol. 1 rI1:

1.

Uos, qui diligitis bona, que retinere nequitis,
Et non diligitis que perpetualia scitis:
Humanę vitę planctus audire venite,
Ut pernoscatis, quam vile sit id, quod amatis;
Ut resipiscatis, ne cum satana pereatis.

Forma puellarum — deceptio mentis earum —
Ut iuvenum vultus citra barbam, sed adultus,
Quos levitas morum laqueis innectit amorum,
Hore momento pereunt, equalia vento;
Fitque cadaver humus, pêtit impia Tartara fumus.
Flent illos cari, nequeunt sed flendo iuvari.
Qui misere cenas metuens vacuare crumenas,
Ut tibi non parcis, nova dum marsupia farcis,
Nescis, que servas, ad cuius opus coacervas.
Aurum, quod nosti, servatur forsitan hosti.
Mors rapiet, quod habes, fietque caro tua tabes,
Nec tecum tolles plenos rubigine folles.
Infelix flatus luet eternos cruciatus.
Forsan et hic fletur — sed abest, ut flendo iuvetur —
Ostro vestitus gemmisque caput redimitus
Potans preclarum, comedens bona deliciarum,
Ius mucronis habens et in omnia crimina labens,
Contemptor iuris et abutens iure securis.
Qui gravat atque premit, quos Christus ab hoste redemit,
Ut venit hora, cadit, miser est, ad Tartara vadit.
Quodsi ploratur, numquid plorando iuvatur?
Lingua facundi, qui sectantes lucra mundi
Candida denigrant et nigra loquendo dealbant,
Cum dissolvuntur, nec nigra nec alba locuntur.
Longum tormentum manet hos in valle silentum;
Nec lacrimis flentum fit pena minor pacientum.
Singula quid memorem vitę miserando laborem,
In quibus insani studio vexantur inani?
Quod restat, totum facit assimulatio notum:
O! miseram sortem! vivendo querere mortem:
O! mala fortuna! quam sillaba destruit una.

Gedruckt bei Marbod ed. Beaugendre 1572 = Migne P. L. 171, 1667. — Hagen, Carmina 165—167. 1 retine Z, mit re von 2. Hd. 2 que fehlt Z, quæ von 2. Hd. über d. Zeile nachgetragen. 10 tarta funus Z. 12—16 und 19 stehen auch fol. 15 r I 13 (z). 12 Quod z. 13 Et z. 14 aut cuius opes z.

21 Portans Z, darüber von 2. Hd. Potans. 27, 28, 30—36 finden sich auch Cod. Bern. 710 fol. 61r (B).

27 Linguis B. 30 Longum] am Rande vel magnum B.

34 assimilatio B. 35, 36 fehlen hier in Z, folgen fol. 1 v II 26 hinter einem andern Stück.

fol. 1 r I 1:

2.

Vitę presentis si conparo gaudia ventis,
Cum neutrum duret, nemo reprehendere curet:
Omnis in hoc mundo fidens est sicut harundo,
Quam ventus iactat, fluviusque simul labefactat.

Sunt mala mixta bonis humanę condicionis
Impare mensura, quia mixta bonis mala plura.
Non bene letatur, cui flendi causa paratur;
Nec stat securus, qui nutat mox ruiturus.
Sic dare vita statum nulli valet ista beatum,
Cum sit inequalis: nunc lucida nunc pluvialis.
Quodsi forte daret, mors hunc tamen adnichilaret,
Quicquid vita dedit tollens, dum vita recedit.
Job de presentis vitę brevitate querentis
Hęc sunt verba fere: „Nascens homo de muliere
Ut flos apparet: venit estus, protinus aret.“
Ergo sperne citam, longam preelige vitam,
Atque labore brevi requiem pete perpetis evi!
Fortunę fragilis fiat tibi copia vilis,
Quę, nisi vilescat, frustra languore senescat!
Pauperibus large tua, dum tua sunt, bona sparge!
Heres ne curę tibi sit tuus, o moriture!

Gedruckt bei Marbod 1572 = 171, 1667. — Hagen, Carmina 164 aus Cod. Bern. 710 fol. 61 (B). 1, 2 citirt ohne Namen bei Migne P. L. 205, 841. 6 Impara Z. 12 tollit B. 16 scitam Z. longamq; B. 18, 19 fehlen B. 19 longuore Z. 21 nec B.

fol. 1 r II 22:

3.

Qui vult scire minas tempestatesque marinas,
Audiat et discat, quantum maris unda dehiscat,
Quem faciat sursum, velud in declivia cursum,
Ut madeant stellę sparsę de rore procellę,
Et mare conscissum metuendam pandat abyssum:
Hęc et plura satis, multum maiora relatis,
Audiat, hec, inquam, sed non et sentiat unquam!
Credat narranti, cui non sunt munera tanti,
Et propter lucrum non fiat ut esca volucrum,
Vel lucri tantum spe fiat ut esca natantum.
Ille sibi credet, mea quem dissuasio ledet;
Quem peregrinarum iuvat usus diviciarum,
Quarum spe ductus pulsando regimine fluctus
Fluctus pulsabit, que dico, vera probabit,
Et iam non verbis, sed rebus credat acerbis.

Gedruckt bei Marbod ed. Beaugendre 1622 = 171, 1723; Hagen, Carmina 171. 5 concissum. 7 ħ = hoc. 12 deliciarum durch übergeschr. ivi zu diviciarum geändert. 14 pulsabit aus pulsavit corr.

fol. 1 v I 3:

4.

Quidam mente bona, facta sibi rite corona
Temporibus rasis — ut mos est fratribus illis —
Accipiunt pullos sub condicione cucullos,
Ne momentalis sit eis conversio talis.
Promittunt coram, quia conpunguntur ad horam,
Quicquid promittunt, qui gaudia carnis omittunt.
Post hec, insolite ducentes tedia vitę,
Proiciunt pannos post tres aut quatuor annos,
Effectique vagi currunt per devia pagi,
Iam mundo viles propter causas monachiles.
Inde verecundi, quia sunt ludibria mundi,
Cum depellantur, quo nollent, retrogradantur,
Iam monachis viles, ut regi transfuga miles.
Ergo, quandoquidem vix ullus permanet idem,
Qui vestem mutat, si non prius ista volutat,
Et temerarius est et ei male credere ius est.

Gedruckt bei Marbod 1574 = 171, 1669.

fol. 1 v I 19:

5.

Demonis inventum scelerum sunt milia centum,
In quibus hunc mundum trahit ad penale profundum,
Quo qui clauduntur, nequeundo mori, moriuntur:
Vellent quippe mori, quia par mors nulla dolori,
Quo miser ille furit, quem flamma perennis adurit.
Frons, oculi, naris, cervix, locus auricularis,
Os, guttur, mammę fiunt ibi pabula flammę;
Dorsa, latus, venter, flagrant indeficienter,
Nec frigent coxe, nec cetera conscia noxę.
O! quam fit tristis, qui traditur ignibus istis.
Quam fit lugubris, qui traditur esca colubris!
Qui vim fetoris vix sustinet omnibus horis,
Sevi tortoris qui tunditur undique loris.
Sed licet inmitis sit in omnibus ultio Ditis,
Est tamen ipsorum distantia suppliciorum,
Quę sic pensantur, ut crimina perpeciantur
Penas maiores maiora, minora minores.

Findet sich wiederholt fol. 40 b II 23.
Gedruckt bei Marbod 1574 = 171, 1669. Hagen, Carmina 174.

fol. 1 v II 2: **6.**

Audi, fex iuvenum! — cuius sunt verba venenum,
Cuius opus zenum, cuius cor stercore plenum —
Quis sis, ipse vide: mala sic tua, non mea, ride,
Vel pocius plora, meliorarique labora.
Tempore nocturno vigilas, dormisque diurno,
Laudas incestos et detestaris honestos,
Paucis contentos contemnis, amas opulentos,
Infortunatos premis, extollisque beatos;
Tristis lęta vides et cernens tristia rides;
Mens in momento duplici tua concita vento
Vult quod nolebat, non vultque, quod ante volebat.
Pranssus te iuras gustasse nichil, neque curas,
Cum sis ipse satur, quicumque fame moriatur.
Frangeris adversis, et prosperitate superbis;
Nuptas corrumpis, scortis data federa rumpis;
Ut fera concumbis, solitus non parcere lumbis;
Mavis stuprari quam que solet inde lucrari;
Mentiri mavis quam portum tangere navis,
Deditus usuris es non sine crimine furis,
Adiunctus scurris cum fenore parta ligurris.
Convivas ambis, semesaque fercula lambis.
Vina prius potas et feces postea totas.
Inde comesta vomis, ac vina recondita promis.
Ecce tuę sordes: alios qua fronte remordes?

19 Detitus. 19 crumine. 20 liguris.

fol. 1 v II 26: **7.**

O! miseram sortem! vivendo querere mortem:
O! mala fortuna, quam sillaba destruit una.

s. 1 35, 36.

fol. 1 v II 28: **8.**

Satira in amatorem pueri sub assumpta parabola.

De puero quodam conponit Oracius odam,
Qui facie bella posset satis esse puella.
Undabant illi per eburnea colla capilli,
Plus auro flavi, quales ego semper amavi;
Candida frons ut nix, et lumina nigra velut pix;

Inplumesque genę grata dulcedine plenę
Cum vi candoris vernabant luce ruboris;
Nasus erat iustus, labra flammea, densque venustus;
Effigies menti modulo formata decenti.
Qui corpus quereret, quod tectum veste lateret,
Tale coaptet ei, quod conveniat faciei.
Hęc species oris radians et plena decoris
Cor spectatoris face succendebat amoris.
Sed puerum talem pulcrum nimis et specialem
Irritamentum quorumlibet aspicientum
Sic natura ferum plasmaverat atque severum,
Vellet ut ante mori, quam consentiret amori:
Asper et ingratus, tamquam de tigride natus,
Ridebat tantum mollissima verba precantum;
Ridebat curas effectum non habituras;
Et suspirantis lacrimas ridebat amantis;
Illos ridebat, quos ipse mori faciebat.
Impius ille quidem, crudelis et impius idem,
Qui vicio morum corpus vetat esse decorum.
Bella bonam mentem facies petit et pacientem
Et non inflatam sed ad hec et ad illa paratam.
Flosculus etatis citus et nimię brevitatis:
Postquam marcescit, cadit et revirescere nescit
Hęc caro, tam levis, tam lactea, tam sine nevis,
Tam bona, tam bella, tam lubrica tamque tenella;
Tempus adhuc veniet, cum turpis et hispida fiet,
Cum fiet vilis caro cara cari puerilis:
Ergo, dum flores, maturos exue mores;
Dum potes et peteris, cupido dare ne pigriteris,
Per quod carus eris, nec ob hoc minor efficieris.
Hęc mandatorum, carissimę, verba meorum
Missa tibi soli multis ostendere noli!

Gedruckt bei Marbod 1617 = 171, 1717.
7 uernabat. 9 Effiges. 11 Male, darüber T. 13 facie. 19 mollissa.
24 vetat über der Zeile zugesetzt. 29 über lacta ist e zugesetzt. 30 bella; et üb. d. Linie zugesetzt. 32 cara cari über nunc caro tunc geschrieben.
35 Fer, darüber Per. 36 maidatorum.

fol. 2 r I 32:

9.

Obiurgatio amatoris puerorum.

Sordidus et fedus nimis est, et fetet ut hedus,
Cuius amas tactus, turpis sibi culcitra factus,
Quem quociens audes digitis emungere, gaudes,
Et quasi munus habes, cum te maculat sua labes.
Cum quo dum flumen petis, ut lavet unda bitumen,

Non undis mundas te, sed tu polluis undas.
Non inpune feres, quod sordibus eius adheres,
Nec metuas dorsum, quia tendo minas aliorsum.
Sis licet inberbis, utar pro verbere verbis:
Verbera cessabunt, sed plus te verba gravabunt;
Fies infamis nostris per secula grammis,
Dum nox atque dies durabunt, fabula fies.
Exponam, quare te nullus debet amare:
Pinguior es vacca, fetes ut mota cloaca,
Estque tibi vultus nimio pallore sepultus,
Vertex inplumis, plenum caput undique strumis,
Obsita frons rugis, in lumine lacrima iugis,
Aures expansę, ceu vasis fictilis anse,
Nasus culpandus, quoniam brevis atque repandus,
Os dilatatum, dens livens, putre palatum,
Est in gingivis tineis caro saucia vivis,
Nigrescunt scabra rubigine pallida labra,
Barbatum mentum vastant animalia centum,
De silva colli possunt pascentia tolli,
Demissis humeris non vir, sed virgo videris,
Dortis confertos cubitos geris atque lacertos,
Brachia sive manus quales vel qualia nanus,
In nodis spinę veteris stant signa ruinę.
Pectus subtile nil constat habere virile.
Equas ventre nates, laterum tumet utraque crates,
Sic tua pinguedo turget quadramine fedo;
Dicere quale femur, quam feda verenda, veremur.
In genibus grossis gybbus protuberat ossis,
Cruribus in macris ignis rubet inpetus acris.
Ermatus talis pes osseus est bipedalis.
Turpia cuncta foris, intus pars nulla decoris;
Nullus enim morum fuit unquam deteriorum.
Ergo cum sit ita, bellos attingere vita,
Iam propter bellos perdes quandoque gemellos.

1 Sorditus. 26 Ist Tortis zu schreiben? confertas. 27 ≡nanus (m rad.) 29 Sectus. 35 Ob Armatus oder Formatus den Vers verständlich macht?

fol. 2 r II 4: **10.**

a) Forfice fila, pilum cape forpice, forcipe ferrum.

b) Fla notat ardorem, fra vero signat odorem.

c) Lacteo lac sugo; lacto lac prebeo nato.

Diese Verse sind von Eberhard von Béthune in seinen Græcismus: a = X 166; b vgl. XV 69; c = XIX 19, z. Teil wörtlich aufgenommen worden.

d) Discite, quid sit glos: lignum vel femina vel flos.
Glos, glossis lignum vetus est in nocte serenum;
Glos, gloris flos est, cuius bona gloria dos est.
Tertia glos gloris dicetur femina fratris.

Diese Schulverse lesen wir auch in der Sammlung der Aequivoca, die von den einen dem Johannes de Garlandia (Jean de Garlande), von andern Matthæus Vindocinensis (Matthieu de Vendôme), und wieder von andern dem Galfridus de Vino salvo (Geoffroi de Vinesauf) zugeschrieben wird.

e) Glis animal, glis terra tenax, glis lappa vocatur
mit den darübergeschriebenen Glossen cisemus, letto, latech.

Wer diesen Merkvers zuerst gebraucht, ließ sich bis jetzt nicht ermitteln. Nicht nur im Græcismus X. 168, sondern auch im Doctrinale (446) finden wir ihn. Vgl. Reichling, Das Doctrinale, Einl. p. LXXXII n. 6. Eine humorvolle Glosse dazu bei Zarncke, Die deutsch. Univ. im M.-a. I 76, 26.

fol. 2 v I 12:

11.

Vidit ab occasu geminos descendere soles
Flebilis et noctis nomine digna dies:
Alter it et rediit celesti notus in axe,
Alter retrogradas nescit habere vias.

fol. 2 v I 16:

12.

Angelus est missus, suspensus et in cruce Christus,
Est Petrus ereptus, Jacobus sub Herode peremptus.
Offert rex pacis, Ysaac inponitur aris.
Tu quoque Baptista cruciaris luce sub ista:
Quinque bis, inde dias; bis septem, bis deca, tetras.

fol. 2 v I 21:

13.

Pergama flere volo fato Danaum data solo;
Solo capta dolo, capta redacta solo.

Exiciale sona! quę prima tenes Elicona,
Et metra me dona promere posse bona.

It Paris absque pare, querit, videt, audet amare,
Audet temptare furta, pericla, mare.

DE TROIA. E. 1 fato Danais E H. Grecis fato B. 3 Exiciale] Ex Helicone H. Ex Elycone B. quę sola tenes Elycona E. Helicona B H. 5 Est E H. Ut B. 6 aude temptare Z.

Querit et accedit, clam tollit, clamque recedit,
Nauta solo cedit, fit fuga, predo redit.

Tuta libido maris dat thura libidinis aris,
Civibus ignaris, quod paret arma Paris.

Post raptus Helene currunt Larissa, Micenę,
Mille rates plenę fortibus, absque sene.

Exsuperare ratus viduatorem viduatus,
Federe nudatus federat ense latus.

Greco ductori prohibet pudor esse timori,
Pro consorte thori vincere sive mori.

Pergama dira secus figit tentoria Grecus,
Impetitur mechus et fabricatur equus.

Hinc ardent edes, hinc detruncat Diomedes
Per varias cedes brachia, crura, pedes.

Mactatur cede predo Paris a Diomede,
Seque suę tedę reddit alumpna Ledę.

Femina digna mori redamatur amore priori
Reddita victori deliciisque thori.

Seva, quid evadis? non tradita cetera tradis!
Cur, rea tu cladis, non quoque clade cadis?

Si fueris lota, si vita sequens bona tota,
Non eris ignota, non eris absque nota.

7 Vadit B H. 8 Cauta B. fit] fugit Z. 10 dum parat E parat B. 11 Post cursus Helene E. Helene currunt] currunt cursus Z, b und a darüber. Post cursus Helenę properant ad bella Mycenę B. 12 Cille B. 15 dolor B H 16 vivere B H. 17 dia H E, namque B. Nach 18 schiebt E ein:

Plena malę prolis fabricatur machina molis,
Distrahiturque dolis tam populosa polis.

Noch größer ist der Einschub in B H:

Plena malę prolis parit hostem machina molis,
Destruiturque dolis tam populosa polis.

Tradunt cuncta neci predeque cupidine ceci
Obfirmant Greci pectora clausa preci.

Mit Tradunt cuncta neci beginnt im Cod. Bern. 710 f. 72 v ein zusammenhangloser Auszug aus diesem Gedicht; auf dieses Distich folgt der Pentameter:

Destruiturque dolis tam numerosa polis.

21 Multatur H E. Mulctatur B.

Tractatur fede, }
Mactatur cede, } predo paras a Diomede Z.

23 reamatur B E H. 25 non] cur H. 27, 28 auch in Bern. 710.

Passa modo Paridem pateris iam Thesea pridem,
Es factura fidem, ne redeas in idem.

Rumor de veteri faciet ventura timeri,
Cras poterunt fieri turpia sicut heri.

Femina victa mero quid inhereat ebria vero?
Nec fieri spero nec fideiussor ero.

Expleta cede superadditur Hecuba predę,
Tractatur fede, cogitur ire pede.

Inducendo chorum crinem laniata decorum
Insequitur lorum per theatrale forum.

Vixerat invita, quia vixit paupere vita,
Et, planctus inita, vociferatur ita:

„Juno, quid est quod agis? post tantę funera stragis
Totne putas plagis addere posse magis?

Ergo reoccides hos quos occidit Atrides?
Ergo reconcides quos obiisse vides?

Nullum iam reperis finem, nec sic misereris:
Immo persequeris relliquias cineris.

Nemo rebellatur et Juno belligeratur!
Bellaque miratur sanguine mucro satur.

Nemo mei meminit; gladius, qui cetera finit,
Mecum fedus init, me superesse sinit.

Perstitit ira dei dare cetera perniciei:
Miror, quod sit ei mentio nulla mei."

29 pateris iam] Paridem modo E. 30 Et E. 30 fractura B H. in] ad H. 31, 32 auch in Bern. 710. 32 possunt Z, darüber poterunt. 32 sicut] facta B. 33, 34 fehlen B H. 36 auch in Bern. 710. 37 In faciem dorum Z, darüber Inducendo chorum; In facie dorum H; In facie quorum B. 37 lania Z. 38 Subsequitur B H. 39 auch in Bern. 710. Vivit, at invita, quia vivit B H Bern. 43 reconcides Z, darüber reoccides. 44 reoccides B. 44 Aemula subrides, dum mala tanta vides? H. 45 Nullos iam reperis, ullis nec sic misereris B. reperis, nec sic ulli misereris H. 47 bellatur mit übergesetztem re Z, reluctatur H. 48 sectatur B H. Nach 48 haben B H noch zwei Disticha:

Me, me, Juno feri! feriendo potes misereri;
Fac obitu celeri corpus anile teri.
Usque modo flevi casus incommoda saevi:
Quod superest aevi corripe fine brevi.

Von Fac obitu an auch Bern. 710, mit levi für sævi wie B. — 49 que B. 49 Nemo mei meminit nisi mors, que cetera finit Bern. 710 (ohne 50). 51, 52 vor 49 B H Bern. 710. — 51 Cum velit ira dei H. 52 si sit B. Miror, quin sit ei mencio ulla mei Bern. 710.

Concutit ossa metus, fit spiritus irrequietus
Et renovat fletus denuo causa vetus.

Hoc vicium thalami, quod inescant Cypridis hami;
Vepres et calami regna tenent Priami.

Causa rei talis meretrix fuit exicialis,
Femina fatalis, femina feta malis.

Ei! ei! Troia peris et iam non Troia videris:
Iam iam bubus eris pascua, lustra feris.

Urbs retro sublimis et abundans rebus opimis
Una fit e minimis annichilata nimis.

Potum vineta, segetes dabat area leta,
Censum moneta, navigiumque freta.

Urbs vetus, urbs clara, bona valde, tam bona rara,
Tam bona, tam clara fit pecualis ara.

53 Coccutit Z. 54 Dum H. 55, 56 fehlen B H, dafür hat H:
Urbs modo sublimis et abundans rebus opimis
Una fit ex minimis, annihilata nimis.
Urbs celebris dudum, dum terminat alea ludum,
Ecce solum nudum pastus erit pecudum.

B hat nur das Distich: Urbs retro sublimis . . .; ebenso Bern. 710.

57, 58 in Bern. 710, H am Schluß, fehlen B. 59 Væ tibi, Troia, peris, iamiam (B: sed iam) non . . . B H. 60 bobus H. 61, 62 in B H nach 54. In B H wird die Beschreibung weiter ausgesponnen:
Urbs fortunata (B: felix nata), si posses vincere fata,
Vel possent fata segnius esse rata.
Regna (B: Urbsque) beata satis, urbs primæ nobilitatis,
Dives honoratis dantibus atque datis.
Regna beata satis, donec nocuere beatis,
Præda voluptatis et male fausta ratis.
Urbs bona, plena bono, foris, intus cive, colono,
Prædita patrono, præditus ille throno.
Plena potentatu, celeberrima, digna relatu
Felicissima tu principe, cive, statu.
Curia personis, urbs civibus, arva colonis,
Terra suis donis, horrea plena bonis.
Sic commendemus, quæ commendare solemus:
Cultus supremus, res, ager, unda, nemus.

Bern. 710 hat davon nur 7, 10—14 (14: rus agit unda nemus).

63, 64 fehlen B. 63 segetes] pastum H Bern. 64 Merces H Bern. 65, 66 fehlen Bern. 65 et clara B H. rara] cara H. 66 Tam bona quam cara H. 66 peculiaris Z. hara B H. In H folgen noch zwei Disticha:
Dives ab antiquo, dum fato fertur iniquo,
Deperit in modico, fit nihil ex aliquo.

Causa rei talis . . . = 57, 58; auch Bern. hat dieses Distich am Schlusse.

Aus verschiedenen Handschriften wurde dieses einst sehr beliebte, kunstvoll gereimte Gedicht in ziemlich abweichender Gestalt zum Drucke befördert. Goldast ließ 41 Verse als Werk des Benignus von Fleury in seiner Sammlung Ovidii Nasonis Pelignensis erotica et amatoria opuscula (Francoforti 1610) abdrucken. Nach ihm bemühte sich Casp. Barth in seinen Adversaria lib. 31 cap. VII 1432 um die Herstellung eines lesbaren Textes. Pariserhandschriften (bibl. nat. 4126, 4286) gestatteten Du Méril (Poésies popul. antérieures au 12e siècle 309) die Zugabe einiger Verse, während in den Carmina burana (Schmeller 60 = B) eine stark verkürzte Fassung vorliegt. Die im Anzeiger für deutsches Alterthum und deutsche Litteratur IX 225 erwähnte Ausgabe von Joh. Huemer ist wegen ihrer Seltenheit fast unbeachtet geblieben. Auch Migne hat das Gedicht seiner Patrologia Latina (142, 120) einverleibt. Vgl. auch Wattenbach, Schriftwesen des Mittelalters 344; Zeitschrift f. deutsches Alterth. XV 260; Gabr. Meier, Catalogus codicum Einsidl. I 26; Bartsch, Albrecht von Halberstadt und Ovid im Mittelalter. Einleitg. VIII. Novati, Carmina medii ævi 12 weist zu den von Hauréau aufgeführten italienischen Handschriften dieses Gedichtes noch andere nach. Am eingehendsten hat sich Hauréau, Notices et extr. 28 II 438—443 = Mélanges poétiques d'Hildebert 206—214 (= H) damit beschäftigt und zugleich die Frage nach dem Verfasser der meist ohne Namen überlieferten Verse zu Hildeberts Gunsten entschieden. Wie beliebt diese Verse waren, zeigt das Verzeichnis der Handschriften, welches Hauréau, Notices et extr. 29 II 238 und Novati aufstellten: Bibl. nat. Paris 4126, 4286, 5129 f. 126, 8430, 8491, 11867, 15155 f. 145 (vgl. Hauréau, N. et E. IV 312: De captione Troiæ). Douai 882. Charleville 30. Einsiedeln 34 s. XII f. 3 r I (36 Verse = E). Wien 883, 861. München 459, 14 544. London Cotton. Cleopatra A VIII. Rom Vatic. 1583, 1586, 1593, 1596, 1602, Christinæ reg. 344, 385, 1384. Rouen U 82/56 vgl. Pertz Archiv VIII 371.

Die Wiener Hs. 883 gibt sie dem Primas, die des Brit. Mus. dem Hildebert; auch Alexander Neckam nennt Pergama flere volo als Anfang eines Gedichtes von Hildebert. Mit größter Wahrscheinlichkeit kann Hildebert daher als der Verfasser oder Bearbeiter dieser Elegie betrachtet werden, deren originale Fassung aus den vielen Handschriften noch nicht sicher hergestellt ist.

fol. 3 r I 20:

14.

Contra Romanorum avariciam.

Ve tibi, Roma vorax! absorbens cuncta Caribdis,
Nullaque, cum numquam sis saturanda, vomens!
Quod caput ęcclesię te constituere priores,
Provida cura minus, sed pia forte fuit.

Ydolatras Paulus cunctos profitetur avaros:
Non es avara quidem tu, sed avaricia.
Venalem sapiens animam testatur avari,
Atque scelestius hoc asserit esse nichil.
Vendere nulla timet, qui vendere sustinet illam,
Qua nichil in cunctis carius esse docet.
Hoc a principio morbo semperque laboras,
Tales rectores sunt populusque tuus.
Strata frequens est hospitibus Romana dolosis,
Roma dolis plena est: experiendo scio.
Si tibi quid remanet, quod non rapuere dolosi,
Subripiet dolus hoc: experiendo scio.
Illic invenies oracula Delfica semper,
Ambiguosque deos: experiendo scio.
Quisquis habet causam: det munera, scripta requirat;
Ad firmamentum suscipit ambigua,
Ut facile infirmet quicquid firmaverat ante
Scriptor, ab adversa munera parte ferens.
Proh dolor atque pudor! pudor omnis religionis!
Omnibus in tanto Roma fit obprobrio.
Ut clament cuncti: Rome venalia cuncta,
Pervertique illic omnia muneribus.
Dicat ydolatram Babilon tibi Paulus avarum:
Non es avara quidem tu, sed avaricia.
Et sapiens perhibet nil esse scelestius illo,
Venalem qui habet seque animamque suam.

16 h̄ = hec Z. 27 ydolatram cum Z.
Wackernagel (Zeitschr. f. deutsch. Alterth. VI 310) trennt v. 13—30 als besonderes Gedicht ab; auch v. 19—30 lassen sich selbständig machen.

fol. $3^{\mathrm{r\,II\,17}}$:

15.

De Judeo in latrinam lapso.

Dum de latrina lapsum Salomona ruina
Abstraherent laqueis: „Non trahar!“ inquit eis;
„Sabbata sunt!“ plaudit populus, plausum comes audit.
Audit et ipse iubet, cras ut ibi recubet.
Sicut in omne quod est mensuram ponere prodest,
Sic sine mensura vix stabit regia cura.

5 prodes Z.

fol. 3r II 24:

16.

Mos est Romanis in causis cottidianis:
Si sonat ante fores bona vita, scientia, mores,
Non exauditur; si nummus, mox aperitur.
Audito nummo, quasi viso principe summo,
Dissiliunt valvę, nichil auditur nisi: 'salve!'
Accurrunt turbę, tota fit plausus in urbe,
Papa simul plaudit, quia nemo libencius audit.
Nummus procedit, loquitur, pater audit, obędit,
Omnia concedit, sine testibus omnia credit,
Quicquid vult, prestat, tamen hec distinctio restat,
Ut bene pensetur, nummatus in igne probetur.
Ignibus exustus colitur pro martire iustus;
Sique rogarentur, Pauli prius ossa darentur.
Gracior est Petro, redit omnis gratia retro;
Ne petat abscessum, pater hunc vocat ilico sessum.
Atque manu captat, captum vicinius aptat,
Parte locat dextra; sed pauper truditur extra.
'Accipe!' 'sume!' 'cape!' tria sunt gratissima papę.
'Nil do', 'nil presto', nequeunt succurrere mesto.

De more Romanorum lautet die Überschrift in der von Dümmler (Neues Archiv 23, 205) behandelten Wienerhs. 609 (V). — 1—5, 8, 9 finden sich auch in der Pragerhs. X C 25 s. XV fol. 259r (p); vgl. Beiträge z. Heidelberger Univ.- und Gel.-gesch. 16 = Zeitschr. f. Gesch. d. Oberrheins NF 18. 2—7, 18 veröffentlichte Ign. V. Zingerle aus der Sterzinger Miscell.-Hs. s. XIV (S) in Sitz.-ber. d. Wiener Ak. 1866 Bd. 54, 315.

1 fehlt S. 2 venit S. 3 nisi p. 5 Dissiliunt valve, sonat omnis curia: salve V. 6 fehlt V. 6 Occurrunt turbe, fit plausus magnus in urbe S. 7 quod S. Nach 7 hat V: Principis adventum vel Romam vel Beneventum. 8—17 fehlen S. 8 precedit V. Nach 9 hat V 14. 10 Et que vult V. distincio V Z. 11 num'atus Z pensatus V. 12 Igne perexustus V. pius Z. Statt 15—19 hat V das Distichon:

Crimen opes redimunt: reus est crucis omnis egenus,
Et laudes hominum pensat acervus opum.

16 captatum Z, ta getilgt. 18, 19 auch Cod. Einsidl. 34 f. 2v II. (19: Non do . .); vgl. Carmina bur. XXI a 4, 5; N. Archiv II 401. 18 cape verba placantia pape S. 19 fehlt S. Beide Verse stehen in Cod. Einsidl. 34 f. 3v I nochmals in anderm Zusammenhang:

Roma tenens morem nondum saciata priorem
Donans donanti, parcis tibi participanti.
Accipe! sume! cape! tria sunt communia papę.
Nil do, nil presto, nequęunt succurrere mesto.
Si dederis marcas et eis impleveris arcas,
Pena solveris, quacumque ligatus haberis.
Ergo non nosco, quamvis cognoscere posco,
In quo papalis res distet et imperialis.
Rex capit argentum, marcarum milia centum:
Rex capit audenter, sed domnus papa latenter.
Ergo pari pęna rapientes sic aliena
Condempnabuntur, quia Simonis acta secuntur.

fol. $3^{v\,19}$:

17.

VERSUS DE ROMA MELIORES QUAM SIT AROMA.

Par tibi, Roma, nichil, cum sis prope tota ruina;
   Quam magni fueris integra, fracta doces.
Longa tuos fastus etas destruxit, et arces
   Cesaris et superum templa palude iacent.
Ille labor, labor ille ruit, quem dirus Araxes
   Et stantem tremuit et cecidisse dolet;
Quem gladii regum, quem provida cura senatus,
   Quem superi rerum constituere caput;
Quem magis optavit cum crimine solus habere
   Cesar, quam socius et pius esse socer.
Qui, crescens studiis tribus hostes crimen amicos
   Vi domuit, secuit legibus, emit ope.
In quem, dum fieret, vigilavit cura priorum:
   Iuvit opus pietas hospitis, unda, locus.
Materiem, fabros, expensas axis uterque
   Misit, se muris obtulit ille locus.
Expendere duces thesauros, fata favorem,
   Artifices studium, totus et orbis opes.
Urbs cecidit, de qua si quicquam dicere dignum
   Moliar, hoc potero dicere: Roma fuit.
Non tamen annorum series, non flamma, nec ensis
   Ad plenum potuit hoc abolere decus.
Cura hominum potuit tantam conponere Romam,
   Quantam non potuit solvere cura deum.
Confer opes marmorque novum superumque favorem;
   Artificum vigiles in nova facta manus.
Non tamen aut fieri par stanti machina muro,
   Aut restaurari sola ruina potest.

Hildebert 1334 = 171, 1409. — Meyer, Anthol. Lat. n. 395. — Hauréau Notices et extr. 28 II 331 = Mélanges 60—66. Als Werk Hildeberts bezeichnet vor 1127 von Guillaume von Malmesbury. Auf eine Wienerhs. (Cod. lat. 609, sæc. XII f. 37 r) machte Dümmler Neues Archiv 23, 205 aufmerksam (V). Item de Roma V. 2 magna V. 3 fastos V. 5 Illa labor Z. 5 durus über dirus Z. 7 gladii, darüber die Endung um Z. 7 iura zu cura gebessert Z. Zwischen 10 und 11: In quam, dum fieret . . . priorum Z, doch durchstrichen. 11 für crimen in V Lücke. 12 opes Z. 13 In quam Z. 14 una locum Z. 15 Über materiem die Endung -am gesetzt Z. 15 exspensas Z, das erste s radiert. 19 über quicquam — dignum ist dignum — quicquam gesetzt Z. 20 über h̄ = hec ist h̄ = hoc gesetzt Z. 21 armorum über annorum Z. vel ensis Z, doch nec über vel. 23 über tantam potuit ist potuit tantam gesetzt Z. 25 favarem V. Zwischen 25 und 26: Imperium, turres, bella trophea, decus Z. 26 vigilent V. 27 macna mit i über c Z.

Tantum restat adhuc, tantum ruit, ut neque pars stans
Equari possit, diruta nec refici.
Hic superum formas superi mirantur et ipsi,
Et cupiunt fictis vultibus esse pares.
Non potuit natura deos hoc ore creare,
Quo miranda deum signa creavit homo.
Vultus adest his numinibus, pociusque coluntur
Artificum studio quam deitate sua.
Urbs felix, si vel dominis urbs illa careret,
Vel dominis esset turpe carere fide.

29, 30 fehlen V. 31 Hoc über Hic Z. formas über vultus Z. 34 deum über der Linie zugesetzt Z. deus V. Nach 38 folgen in V:
Roma, tibi fracte non altera fabrica pars est:
Integra qualis eras dicere nemo potest.

fol. 3 v II 16:

18.

Si cunctas urbes numeremus ab Alpibus infra
Pictavis inter eas extulit una capud:
Hanc decorant princeps, pleps maxima, clerus honestus,
Ager opum, turris multa situsque loci.
Maior ad hanc super hec accedit gloria presul
Nobilis; urbs tali presule digna fuit.
Sed quoniam virtus in presule pluris habetur,
De virtute sua pauca referre libet.
Corpus, opes, studium, mores, cibus asper, egenus,
Lectio probra domat, carpit, alit, fugiunt.
Virtutes, culpas, fructum: fovet, amputat, auget.
Ius, lites, pacem: protegit, odit, amat.
Si genus et species essent in presule dotes,
Huic dotes essent et genus et species.
Largitur penas invitus, premia gaudens
Parcius has meritis, largius illa suis.
Fervet iusticia, mitescit simplicitate
Quippe rigore gravis, nobilitate gaudens. [!]
O! mire pietatis homo non redditur unquam
Mollis, blandus, hebes munere, laude, minis.
O! mire pietatis homo, quem plus aliena
Tristia sollicitant, quam sua lęta iuvant.
O! mire gravitatis homo: nil preter honestum
Mens sua, lingua, manus cogitat, edit, agit.
O! mire pietatis homo: nec honore superbit
Nec lesus cedit, nec dominando premit.

Fert misero, tribuit peccanti, servat amico
  Auxilium, veniam, continuamque fidem.
Hunc mens ad celum virtutum sublevat alis
  Iamque sua fruitur pace videndo deum.
Sic tamen astra petit, non ut terrena relinquat;
  Pastorem revocat sedula cura gregis.
Ascendit speculando deum, descendit agendo
  Curam conmissȩ plebis utrumque bonum.

Gedruckt bei Hildebert 1358 = 171, 1434.

fol. 4 r I 16:

19.

Vrbs Pictavus ave! sedes gratissima de qua
Dicere presumo: tu sola Parisius equa.

Pax tibi firma viris, sed firmior est aliunde:
Nam tibi munimen sunt menia vicibus undȩ.

Triplex robur habes, quia miles, menia, rura
Armis, materia, lapsu sunt conmoda euuo. [!]

Prata rigantur aquis et aquas ea prata decorant,
Nec sua pensantes ad mutua lucra laborant.

Quod spectantur aque, dat eis hec gratia florum
* * * * * * * * * * *

1 quo. 3 iuris. 5, 6 unverständlich; der Reim fordert cura oder ein ähnliches Wort.

fol. 4 r I 26:

20.

Quid tibi mors faciam, que nulli parcere nosti?
  Nescis lȩticiam, nescis habere iocos.
His ego prevalui toti notissimus orbi,
  Hinc mihi larga domus, hinc mihi census erat.
Gaudebam semper: quid enim, si gaudia desunt,
  Hic vagus et fallax utile mundus habet?
Me viso rabidi subito cecidere furores;
  Ridebat summus me veniente dolor.
Vincebat cunctos presentia nostra timores,
  Et mecum felix quelibet hora fuit.

Verkürzte Form einer bekannten Grabschrift der Anthologie. Riese 683. 6 Hoc Z. — Riese 683, [19] hat Cod. C 78/451 der Stadtbibliothek von erster Hand meos se femine gestus; durch Rasur wurden die beiden s am Schluß getilgt, also meo se femine gestu korrigiert; auch andere Abweichungen sind von Riese übergangen worden.

fol. 4 r II 1:

21.

Vilior est humana caro quam pellis ovina:
Si moriatur homo, moritur caro, pellis et ossa.
Si moriatur ovis, nimium valet ipsa ruina:
Extrahitur pellis et scribitur intus et extra.

Gedruckt aus Cod. 3652 bibl. nat. v. Hauréau, Notices et extr. 28. II. 445 (H). — Wattenbach, Schriftwesen[2] 447.
3 moritur Z. multum H. illa H.

fol. 4 r II 5:

22.

EPITAPHIUM HECTORIS.

Hac premitur tumba Troię fortissima turris
　Hector, cui pectus ex adamante fuit.
Ah scelus! hunc artat congestę pondus arene,
　Qui poterat regere terrea, celsa, mare.
Proh dolor! in cuius regnabat corpore virtus,
　Corruit et summę nobilitatis apex.
Tertia pars mundi, Troiani gloria regni
　Hectore stante stetit, cumque ruente ruit.
Non poterat quisquam dubio discrimine belli
　Vel potuisse magis vel timuisse minus.
Hic fundamentum patrię fuit atque columpna.
　Cum fors non dederit vivere posse diu,
Stans status, inde cadens casus fuit iste suorum,
　Cuius gesta mori Naso Maroque vetant.

3 harerę. 11 columna mit übergeschrieb. p.

fol. 4 r II 20:

23.

EPITAPHIUM ACHILLIS.

Pelides ego sum, Thetidis notissima proles,
　Cui virtus clara nomen habere dedit,
Qui stravi tociens armis victricibus hostes,
　Inque fugam solus milia multa dedi.
Hectore sed magno summa est mihi gloria ceso,
　Qui sepe Argolicas debilitavit opes.
Ille interceptus solvit me vindice penas;
　Pergama tunc ferro procubuere meo.
Laudibus inmensis victor super astra ferebar,
　Cum pressi hostilem fraude peremptus humum.

3 armis über hastis geschrieben Z.
Vgl. Anthologia ed. Burm. I 98; ed. Meyer nro. 1614. rec. Riese II. 82 nro. 630. Poetæ Latini minores recens. Bæhrens IV 148.

fol. 4 r II 31:

24.

Etas consimilis, decor et risus puerilis
Aspectus letus, vox dulcis, sermo facetus.
Quos affectabat, faciles sibi conciliabat,
Et paribus lignis ardebat mutuus ignis.

1—3 auch fol. 41 r II 5 mit: 2 lętus. 3 Quas. facile.

fol. 4 v I 1:

25.

(Epitaphium.)

Orta fluunt, cumulata ruunt: homo, quomodo stabis?
Lude, caro! pinguesce, caro! vermes saturabis.

Mole tui dum spiritui lasciva resistis,
Si valeas et ei placeas: vos ambo peristis.

Ordọ malus nequę vera salus, nísi tu subigaris.
Pessima pax, inimica, rapax, ubi tu dominaris.

At melior vigor interior, quem molliter urges.
Si superet si te maceret, victura resurges.

Dormierat — mors somnus erat — vir diviciarum;
In manibus nihil ex opibus, loca sed tenebrarum.

Pane fluens, pietate carens, cui purpura, byssus;
Dives inops: tibi mors, tibi nox, te sorbet abyssus.

Pane carens et tabe fluens, cur, Lazare, meres?
Dives eris, cum dormieris: quia celicus heres.

Auch im Cod. Einsidl. 34 fol. 2 v I 1 (E). 1 stabit E. 4 peritis E. 13 cū E.

fol. 4 v I 15:

26.

(Epitaphium.)

Plangis homo migrare domo quam scis ruituram;
Cum redeas, ubi non timeas cladem nocituram.

Plange magis, quod in hisce plagis humana propago
Morte luit, quia prima ruit male suasa virago.

Nec reditus nisi per gemitus illuc reparatur:
Nam graviter per mortis iter quis non rapiatur?

Distulerat, non abstulerat deus hanc Ezechię,
Si veniat, qui percuciat nec parcet Helię.

In Lazaro rediviva caro, numquid modo vivit?
In domino quod habebat homo, sibi mors repetivit.

Quandoquidem patiemur idem, det gracia Christi,
Ut requies suprema quies nobis sit et isti!

Auch im Cod. Einsidl. 34 fol. 2 v I 16 (E).
1 quia E. 4 uorago E.

fol. 4 v I 27:

27.

(Epitaphium.)

Quisquis ades, qui morte cades, sta! perlege! plora!
Pars cineris quia sum, quod eris, pro me — precor — ora!

Namque vides quia nulla fides sit honoribus istis,
Quos fatuos probat et vacuos dormicio tristis.

Hoc sapiens, hoc insipiens somno feriuntur:
Nobilitas, ignobilitas hac sorte feruntur.

Nunc video, servire deo decus esse perenne;
Divicias et amicitias iter esse gehennę.

Marmoreo non indigeo tumulo decorari,
Sed lacrimis precibusque piis deposco iuvari.

Auch im Cod. Einsidl. 34 fol. 2 v I 29 (E). 1 morde Z. 5 h̄ (= hec), darüber hoc Z. 10 precib; Z.

Auf dem untern Rande von fol. 4 v I die unverständliche Notiz:

· ructr epitafium.
Spiritus infernum polluit, astra, solum.

fol. 4 v II 3:

28.

Quinque sacrę claves dicuntur stare sophię;
Prima frequens studium, finem nescitque legendi.
Altera que relegis memori conmittere menti.
Tertia que nescis percrebra rogatio rerum.
Quarta est verus honor sincero corde magistri.
Quinta iubet vanas mundi contempnere gazas.

4 questio über rogatio.

fol. 4 v II 9:

29.

Disce libens et quere frequens; utriusque memor sis;
Dilige doctorem, simul et metuas monitorem;
Hę claves quinque tibi pandent claustra sophię.

Auch im Cod. Einsidl. 34 f. 2 v II (E). 3 Hęc Z. pandunt E.

fol. 4 v II 12:

30.

Lascivum pectus non debet habere senectus,
Et contemptibilis solet esse libido senilis.

Auch fol. 41 r II 10.

31.

Sillaba clamabat, quam dicta tota venabat. [!]

32.

Perniciosior et capitalior est inimicus,
Qui specialior et studiosior hesit amicus.

33.

Prima quadragenę portat ieiunia prima;
Spiritus ista sua iubet ebdomada celebrare;
Tercia Septembris iubet hec eademque Decembris.
Ieiunium Septembris celebretur tertia septimana.

fol. 4 v II 2:

34.

Prespiter et pelex genuerunt te, puer exlex:
Omnis quem pelex genuit, discernitur exlex;
Te genuit pelex: igitur discerneris exlex.

1 geuerūt.

fol. 4 v II 24:

45.

Quid carnis cultus sit, monstrat hic ecce sepultus:
Pulvis et umbra sumus defecturi quasi fumus.
Hic, homo, quid gaudes? mundi peritura quid auges?
Hahque lues anima, caro quod peccat moritura!
Nobilis et clarus quondam N. ego dictus
En! iaceo pulvis, monstrans quid gloria carnis.

46.

Aurelianis habet, quod non habet Aurelianis.
Nondum lecta fuit, quem non habet Aurelianis.
Immaduit lacrimis, quem non habet Aurelianis.

Ob diese unverständlichen Verse von dem berühmten Lehrer, Dichter und Spaßmacher Hugo von Orléans stammen oder ihn betreffen, ist nicht klar.

47.

Hic obit, hec plorat, carus dolet, inpius orat,
Derogat hic, gemit hec, obit is, dolet hic, rogat iste.

fol. 5 r II: **48.**

Omine felici te Musa salutat amici,
Te mea musa canit, tibi soli ludere gestit.
Ludere cum gestit, te mea Musa canit.
Te cantare paro, laudans te carmine raro.
Ludere si cupiat, te, mea Musa, canat:
Es nam digna coli, quia nescis cedere soli,
Ergo si sapiat, te mea Musa canat.
Non puto, mortalis quod vivat femina talis:
Hanc tu iure canis, si, mea Musa, sapis.
Crederis aut Phillis fore, vel Venus, aut Amarillis,
Ergo si quid amo ludere, te resono.
Tu Ledę vultum, dignum quoque Pallade cultum
Induis, et si quid Leda natura reliquit,
Pulcrius hoc totum geris, o dulcissima, tecum.
Ergo tuum vultum laudans sepissime, multum
Carmine te nostro, dulcis amica, cano

Forma tibi, quam Iuno sibi fore tunc voluisset,
Cum Paridis dea iudiciis nimis indoluisset.

Forma decens cultusque recens te semper adornat,
Quam miro tua caro modo colit atque reformat.

Purpureis ornata notis tua forma relucet.
Cui niveus color et nitidus se sepe remiscet.

His animum vaga cura meum trahit, urit et angit,
Nec lętum cor cura meum sinit esse quod angit.

Et pereo, quia te careo, quam mente requiro;
Et doleo, cum non video, quam mente requiro.

Mente requiro te, cui miro carmine scribo,
Carmine laudo, teque sub imo corde recondo.

Nocte, die careo requie, quia cura latenter
Corda movet, mens unde dolet patiturque frequenter.

Nam crucior, mihi quando sopor dat habere quietem,
Et vigilat, modicamque negat mihi cura quietem.

Cor lacerat, mentemque gravat, mihi pervigil hostis,
Sęvus amor qui cuncta — reor — sibi subdit ut hostis.

Sic moritur, cum sol oritur, mens; utque dies fit,
Tunc animo stat cura meo, mihi nulla quies fit.

18 iudiis. 20 mirå. Nach 24 noch: Cor patitur, plangit, dolet, ęstuat, ardet et angit.

Namque sibi mens mesta mei te plangit abesse,
Et nolens fit sepe dolens, quia te scit abesse.
Ergo veni, nostroque redi solamen amori
Inpositura gravi finem requiemque labori.

fol. 5 r II 8:

49.

Dulcis amica mea, speciosior es Galatea,
Gloria, flos, speculum, lux atque decus mulierum,
Unica spes vitȩ, dulcis amica, meȩ,
Unica dilecta, precellis amena virecta;
Pulcrior es flore, plus omni suavis odore,
Pulcrior ac Crisis, plus omnibus antea visis,
Plus Helena pulcra, plus quam Venus esset et ultra,
Et plus quam Phillis, Iuno, Venus aut Amarillis
Plus etiam Dana, plus quam foret ipsa Diana.
In terra nulla fuit unquam pulcrior illa,
Immo nec qualis nec abhinc erit altera talis.
Quȩ modo sunt vel erunt, cedunt tibi, queque fuerunt.
Testeque Fortuna tu pulchrior omnibus una,
Lucifer ut stellis, sic es prelata puellis;
Testor et est verum, quod sis pulcherrima rerum.
Euge decus mundi, sexus regina secundi,
Cura meȩ mentis, tocius gloria gentis,
Femina regalis, maiestas imperialis,
Nynpha salutaris merito fore diva putaris,
Gemma puellarum, splendor generalis earum,
In media plebe splendes velut aurea Phebe,
Nobilior lauro, puro rutilantior auro,
Mollior es pluma, matura mitior uva,
Et — si concedis — tenéris lascivior hedis.
Elegi solam totam sine labe decoram.
Non habitura parem, nisi fugitura sodalem.
Hȩc, tibi succincte quȩ scripsi, mente relinque
Atque memor pro me semper sub corde repone;
Gaudia neque vafer nostri subducat adulter;
Sisque memor dulcis, mea bella puella, sodalis,
Hec tu ne vento tradas, dilecta, memento:
Vive vale semper, te plus me non colit alter.

4 Vgl. Verg. Aen. VI. 638.
Nach 6 noch: Plus etiam flore, plus omni suavis odore.
Nach 9 noch: Et plus quam Phillis, Iuno, Thais aut Amarillis,
Plus quoque quam Grisis, plus omnibus antea visis.
10 nunquam über nulla geschrieben. 14 Vgl. Ovid. Met. IV. 56. 15 Evge über Ergo. 24 edis. 27 Hȩ. 31 dilecta, mit e über a.

fol. 5 v I 9: **50.**

Epitaphium Petri Baiolardi a semet conpositum.

„Servi animam servans ancillis redde cadaver!“
Hanc tibi fundo, deus, nocte dieque precem.
Una fuere caro, tumulus quos continet unus,
Nec minus amborum spiritus intus erat.
Nunc quoque conmunem dat bene terra thorum.
Habaelardus hic est; hec illius est Heloysa,
Imo utrosque tuos, Christe, fuisse scias. Amen.

fol. 5 v I 18: **51.**

Est satis in titulo: Petrus hic iacet Habaelardus
Dilectumque tenens huic Heloisa latus.
V . . . . studium coniunxit philosophię.
Huic soli patuit, quicquid risibile fuit.
Unus nunc tumulus, sicut et ante thorus.
Unum propositum viteque professio sacrę.
Una perennis eis sit super astra domus. Amen.

fol. 5 v I 25: **52.**

Epitaphium episcopi Cathal.

Hic situs est presul fama celeberrimus, actu
Nobilis, ore placens, religione sacer.
Huic pietas, sed vera; fides, sed pura; rigorque
Iusticię stabilis, sed moderatus erat.
Iunius instabat Maio sex stante diebus.
Cum ditavit humum corpore, mente polum,
Unitam verbo carnem referentibus annis
Mille ter undenis undeciesque decem.

Gemeint ist wohl Gaufrid von Châlons, gest. nach Gams Series episcop. 534 am 27. (28.) Mai 1142, während unser Epitaph den 26. Mai 1143 zu ergeben scheint; vgl. auch Gallia Christiana IX, 880.

fol. 5 v I 34: **53.**

De inpio hospite Epitaphium.

Quem tegit hic cespes, mundo fuit inpius hospes.
Nolo pater noster; perge viator iter!

fol. 5 v II 3:

54.

Petrus de hospite suo, qui sibi omnia conmendabat

Aut me cecatum furor excusabit amoris,
Aut reus inmensę prodicionis ero.
Omnia preter te, nec Joseph alter ero.

fol. 5 v II 7:

55.

Cantande sextę plures ex fratribus assunt,
Sumendi quia tunc inminet hora cibi.
O! utinam cunctis eadem spes esset in horis
Affectumque cibi consequerentur idem.

fol. 5 v II 11:

56.

Benedictio potus et cibi; et versus de flabello.

Sanctificet nostras dominus, quas prebuit escas;
Que dominus prebet pocula sanctificet!

57.

Quando vivebam, muscas estumque timebam;
Nunc dato flabello muscas estumque repello.
Ne vocer imbellis — tamquam sim mortua pellis —
Quod facio, duo sunt; neutrum nocet, utraque prosunt.
Namque manu tentum fugo muscas, affero ventum.

fol. 5 v II 19:

58.

De quodam in festivis diebus utente preciosis vestibus.

Promeruit magnas a me tua purpura grates,
Quod mihi festivas nunciat illa dies.
Visurus tandem festivis glaba diebus
Ornamenta sibi mutuat a sociis.
Talis erat cornix alienis splendida plumis,
Quos mentita suas in sua probra tulit.

3 Auch wenn Visurus durch Usurus ersetzt würde, wäre der Sinn noch dunkel.

fol. 5 v II 26:

59.

In tabulis scribens a dextris lumen habeto;
Membranę a leva lumen habere volunt.

Gedruckt aus dieser Hs. bei Wattenbach, Schriftwesen[2] 447.

fol. 5 v II 27:

60.

De sodomitis quibusdam clericis.

Non placet a dextris chorus hic, qui continet hedos:
Quos deus a leva parte locare volet.
Aut nostra de parte gregem removebis olentem,
Aut nos cessuros, presul amande, scias.

fol. 5 v II 33:

61.

De sodomita prelato.

Qui sedet hac sede ganimedior est Ganimede;
Cur uxoratos a clero separat omnes,
Audiat: uxoris non amat officium.
Vile nimis scortum, sed vilior est sodomita:
Peior quam meretris femina vir meretris.
Femineus coitus fructum pariendo reportat;
Polluitur tantum, dum sodomita coit.

1 ganime.

fol. 6 r I 7:

62.

Epitaphium cuiusdam de numero annorum eius.

Si quantum hic vixit, tantum vixisset itemque
Tantum, si tanti dimidium super hoc,
Dimidii quoque dimidium, centennis hic esset:
Quantum vixerit hic, dicito, qui legis hęc!

4 centenus. Vgl. fol. 41 v II 32.

fol. 6 r I 12:

63.

Epitaphium cuiusdam dominę.

In facie Venerem gestans, in mente Dianam
Grata viro fuit hec; grata sit ipsa deo!
Hanc humilem mores, sublimem fecit origo;
Unde viro placuit, grata sit inde deo!
Exspirans Februi Manentia luce secunda
Insoliti partus lesa dolore ruit.

1 faciem Z, von Wattenbach verbessert Neues Archiv 20, 644; vgl. auch Zeitschr. f. deutsches Alterthum 22, 256.

fol. 6 r I 19:

64.

Epitaphium Odonis.

Si dolor aut lacrime de morte iuvare valerent,
Plures et merito super huius morte dolerent.

Nobilitate quidem formęque nitore nitebat;
Ingenii fontem, rivum sermonis habebat.

Cumque foret locuples, cum largus et inde fuisset:
Nulla fuit probitas cuiquam, quam non habuisset.

Fervida sol fervens premeret dum terga leonis,
Idibus Augusti corpus tumulatur Odonis.

Steht auch im Cod. lat. Monac. 6911 fol. 123, vgl. Neues Archiv 20, 644.

fol. 6 r I 27:

65.

Vivere non possum sine te, neque vivere tecum;
  Istud namque timor inpedit, illud amor.
O! utinam sine te vel tecum vivere possem,
  Sed mallem tecum vivere quam sine te.

fol. 6 r I 32:

66.

Instar solis ave! tocius luminis atque
Ut flos cum lauro, sicut cristallus in auro,
Sic luces forte mulierum sola cohorte.
Sol superat lunam, mulierum tuque figuram.
Corpore nunc absum, sed sensu sedulus adsum,
Qui tibi sit fidus, non hospes, sed sit amicus,
  Utque patet, levis est aut tua nulla fides.
Nam tibi si qua fides, amor aut mens ullus inesset,
  Esset mox aliquo cognitus indicio.
Dic mihi, num poteris aliquod mihi dicere factum,
  Unde tuus verus esse probetur amor.
Si pignus verbis bene conmendatur amoris,
  A te multa quidem sunt data verba mihi.
Sed certe solis stultum puto credere verbis,
  Vera solet veris rebus inesse fides.
Sepe tibi scripsi, si quid scripsisse valeret,
  Et tibi si prosit, scribere dulce putem.
Sepe tibi scripsi, semel et tua scripta recepi:
  Te precor, ut nobis non levis esse velis;
Aut si versus amor tuus est in tedia nostri,
  Et breviter scribas tu mihi, quid cupias.
Ulterius animum noli suspendere nostrum.
Si te vis ut amem — fateor — te semper amabo,
  Et, quamvis nolis, cura perennis eris.

12 conmendantur. 14 solius.

fol. 6 r II 22: **67.**

Felix expertus exemplo, femina quid sit,
Quique suos aliqua suffugit arte dolos!
Femina vicit Adam: victus fuit arbore quadam.
Femina serpenti mox credidit alta loquenti.
Femina serpentis est viscus nos capientis.
Femina deceptos sapientes reddit ineptos.
Femina te, David, te, Salomon, superavit.
Femina victorem victum vicit per amorem.
Femina corda regit iuvenum, quos ipsa subegit.
Femina corda senum necat inspirando venenum.
Femina prelatis adimit nomen probitatis.
Femina ditatur, cum prespitero dominatur.
Femina multorum claustrum subigit monachorum.
Femina nil merito vix est bene fida marito.
Femina tunc gaudet, cum perficit omne quod audet.
Femina ditavit infernum, non saciavit.
Femina bella gerit, vix pacis federa querit.
Femina se nescit, quia femina nulla senescit.
Femina vel raro vel numquam cedit avaro.
Femina, multa licet promittas, non „amo“ dicet.
Femina pro dote nummorum dicit: „amo te“.
Femina, donare cessa, cessabit amare.
Femina, dum plorat, lacrimarum fraude laborat.
Femina, que pungit ut scorpius, ora perungit.
Femina vult pungi, sua que vult ora perungi.
Femina mors iuvenum, portat sub melle venenum.
Femina predatur et ob hoc lupa iure vocatur.
Femina multorum flammas extinguit amorum.
Femina, te quare nequeunt multi saciare?
Femina! tu iuras, semper periuria curas.
Femina! nec curas penas sine fine futuras
Femina! tu leporem facis aprum propter amorem.
Femina venalis! potus tuus exicialis.
Femina! nullus ita gladius nocet ut tua vita.
Femina! Troia satis dat signa tuę bonitatis.
Femina sola vale! que nomen habes speciale:
Femina, stella maris sis! virgo MARIA vocaris.

1, 2 gedruckt Migne P. L. 171, 1491. 2 aliq̄ suffigit. 13 claustum. 27 iure lupa. 33 venalisis.

Über ähnliche Verse vgl. Münchner Sitzungsber. 1873 III, 709; Anzeiger f. Kunde d. d. Vorzeit XX (1873) 255—258. — Hauréau, Mélanges 174; Bethmann zitiert für die gleiche Fassung einen Codex Palatinus (Pertz, Archiv XII, 341). Nach Neues Archiv XIII 407 hat S. G. Owen in English hist. review 1887, 525 aus Wolfenbüttel Cod. Gud. 102 eine weitläufigere Recension zum Druck befördert.

Fast dieselben Verse, doch in anderer Anordnung, bietet eine aus Straßburg stammende Sammelhs. s. XIII, die ich vor einer Reihe von Jahren bei Schiffmann in Luzern zu Gesichte bekam; bei dieser Gelegenheit notierte ich mir einen Teil der Verse:

p. 2: Item aliud metrum incipit:
Femina res seva, velud exemplum dedit Eva.
Femina vicit Adam: victus fuit arbore quadam.
Femina res ficta, res subdola, res maledicta.
Femina te fallet, cum dulce magis tibi psallet.
Femina nilque dabit tibi, sed te cuncta rogabit.
Femina prebere nescit sed cuncta tenere.
Femina ridendo, flendo fallitque canendo.
Femina dum flebit fallens non corde dolebit.
Femina fraudabit te, cum lacrimis similabit.
Femina spernenti mox credidit alta loquenti.
Femina dum plorat, lacrimarum fonte laborat.
Femina tunc gaudet, dum perficit omne quod audet.
Femina leena nubit quasi virgo serena.
Femina celabit, donec venter sibi stabit:
Femina sic celat, quod vix pariendo revelat.
Femina deceptos sapientes reddit ineptos.
Femina tu tristi Baptiste colla tulisti.
Femina corda regit iuvenum, quos ipsa subegit.
Femina prelatis adimit nomen probitatis.
Femina corda senum necat inspirando venenum.
Femina nil merito vix est bene fida marito.
Femina ditavit infernum, non saciavit.
Femina que non est fallax, hec femina non est audax. [!]
Femina bella gerit, vix pacis federa querit.
Femina se nescit, quia femina nulla senescit.
Femina, nemo furit, nisi quem tua flamma perurit.
Femina vel raro vel numquam credit avaro.
Femina deiecit te Sampson; hec tua fecit.
Femina te, David, et te, Salomon, superavit.
Femina dampnari fecit Nathor et lapidari.
Femina, multa licet promittas, non: „amo“ dicet. u. s. w.

fol. 6 v I 25:

68.

Accipe! dic plebi: deus hoc tibi mandat: obedi!
Si prescirentur quę fata quibusque minentur
Multa timerentur que non timenda videntur.

fol. 6 v I 25: **69.**

Plurima cum soleant mores evertere sacros,
Alcius evertunt femina, census, honos;
Femina, census, honos, momenta facesque malorum:
Hinc scelus, hinc gladios corda manusque trahunt.
Femina res fragilis, nunquam nisi crimine constans,
Nunquam sponte sua desinit esse nocens.
Femina vile forum, res puplica, fallere nota,
Successisse putat, cum licet esse ream.
Femina flamma vorax, furor ultimus, ultima clades,
Discit et ipsa docet, quicquid obesse solet.
Femina tam gravior quanto privatior hostis
Invitat crimen munere, voce, manu.
Omnia consumens vitio consumitur omni,
Et predata viros preda fit ipsa viris.
Corpus, opes, animos enervat, diripit, angit,
Tela, manus, odium suggerit, armat, alit.
Femina sustinuit iugulo dampnare Johannem,
Ypolytum leto, conpedibusque Joseph.
Femina mente Parim, vita spoliavit Uriam,
Et pietate David et Salomona fide.
Cur Samson ruerit, toto nil notius orbe:
Principium dicam: femina vicit Adam.
Fęmina — triste iugum, querimonia iuris et equi —
Turpe putat, quociens turpia nulla gerit.
Femina mente gerit, lingua probat, actibus implet,
Quo lex, quo populus, quo simul ipsa ruit.

18 Ypolito leto. conpedibusque Joseph.
Ypolitum leto carcere sumpta Joseph Z.

Gedruckt bei Hildebert ed. Beaugendre 1353 = Migne P. L. 171, 1428; Marbod, Migne P. L. 171, 1491; Hauréau, Notices et extr. 28 II 365—368 = Mélanges 106—109; Bibliothèque de l'école des chartes 47 (1886) 94. Neues Archiv X 602. Als Hildeberts Werk bezeichnet von Pierre le Chantre (Migne P. L. 205, 166) und Baudry de Bourgueil (Hauréau, 108).

Vgl. auch den Text bei Bourgain, Matthæi Vindoc. ars versificatoria XIX und 29. Eine Berner Hs. weist Hagen, Catalogus 508 nach.

fol. 6 v II 21: **70.**

Cum sine doctrina nil proficiat medicina,
Nec sine doctrina mittantur in equora lina,
Nec sine doctrina puppem ferat ulla carina,
Nec sine doctrina det panem trita ruina,
Nec sine doctrina fugiat lepus ora canina,

2 mitantur Z. 4 doctrina zugesetzt üb. d. Linie Z.

Nec sine doctrina det nobis vinea vina,
Nec sine doctrina portum petat ulla carina,
Nec sine doctrina capiatur preda ferina:
Audi doctrinam, qui vis vitare ruinam.

Vgl. eine längere Fassung im N. Archiv II 402 aus Cod. Vorau 111 f. 50. — Sitz.-ber. d. Münch. Ak. III 708. Teilweise bei Marbod Migne P. L. 171, 1684. Huemer hat aus Cod. Göttweih 102 s. XII. 6 Verse bekannt gemacht: Wiener Stud. IX 57. 6 nobis uina uina Z, durch übergeschr. e corr.

fol. 6 v II 30: **70.**

Quisquis eris qui credideris fidei mulieris,
Crede mihi, si credideris, quia decipieris.

Iurat namque fidem tibi, quam violabit ibidem,
Et tibi quod iurat, quod te super omnia curat,
Aspice, quod iurat quam parvo tempore durat:
Attribuens munus si mox accesserit unus
Quilibet ignotus, tu mox eris inde remotus;
Turpis uel luscus si sit, ceu corpore fuscus:
Hunc tibi preponet, si maxima munera donet.
Iurat enim per membra dei, per menbra piorum:
Quemquam preter eum quod non amet illa virorum.
Decipit ignarum, sibi quem sperat fore carum:
Nullus ei carus nisi qui fore nescit avarus.
Ergo cave, ne tu prave capiaris ab ulla!
Nonne vides, quam curta fides manet in muliere?
Que iuvenes simul atque senes deludit in ere.

1, 2 gedruckt bei Marbod Migne P. L. 171, 1684; einer Hs. in Göttweih (102) gedenkt Huemer Wiener Stud. IX 57.

5, 6, 8, 9, 13 fand Zingerle, Wiener Sitz.-ber. 54, 319 in der Sterzinger Misc.-Hs. in anderem Zusammenhang. Siehe auch Münchener Sitz.-ber. 1873, 708. — Anzeiger f. Kunde d. d. Vorzeit XX (1873) 134. — Novati, Carmina 24.

fol. 7 r I 12: **72.**

Cecus es et graviter peccas et turpiter erras:
  Non amor, imo dolor iste vocandus amor.
Non unum, verum duo crimina reddis in unum:
  Hęc duo: sacrilegus factus, adulter eris.
Illa deo sacrata, dei venerabile templum
  Efficitur; per te desinit esse dei.
Efficitur domus illa dei, per te violata
  Efficitur per te demonis illa domus:
Sponsa dei, templumque dei per te violatur.

2 voc'äd⁹ Z.

fol. 7[r I 20]:

73.

Non minus enervat animos aut dirimit aurum,
Nec minus illicitum currere monstrat iter.
Auro perficitur quicquid captatur inique,
Nemoque pretenso munere vana rogat.
Aurum corda movens, oculorum predo sacrorum,
In facinus puras armat agitque manus.
Auro sepe labat virtus et robur eorum,
Quorum corda deus, cetera novit homo.
Et, quem iurares iugulos inpendere recto,
Spe modici fructus cuncta licere putat.
Hostis atrox iudexque gravis tortorque severus
Spe precii laxant prelia, iura, manus.
Aurum castra locat, classem parat, exerit enses,
Spernere vim, ventos, equora, tela docet.
Solvit coniugium, perrumpit claustra pudoris,
Sacras cede manus inquinat, ora dolis.
Auro Crassus obit, auro ruit Amphiaraxus;
Auro castra, duces, ius populique cadunt.

10 medici zu modici corr. Z. 15 clastra Z. nach französischer Schreibung.

fol. 7[r I 4]:

74.

In terra summus rex est hoc tempore nummus:
Nummum mirantur reges et ei famulantur;
Nummo venalis favet ordo pontificalis;
Nummus in abbatum cameris retinet dominatum;
Nummum nigrorum veneratur turba priorum;
Nummus magnorum iudex est consiliorum.
Evocat ad plenum de stercore nummus egenum.
Nummus adulatur, nummus post blanda minatur.
Nummus mentitur, nummus verax reperitur.
Nummus periuros miseros facit et perituros.
Nummus avarorum deus est et spes cupidorum.
Nummus in errorem mulierum ducit amorem.
Nummus venales dominas facit imperiales.
Nummus raptores facit ipsos nobiliores.
Nummus iter cęli claudit reseratque fideli.
Nummus emit villas, struit urbes, destruit illas.
Nummus perversę decreta facit sua per se.
Et nummus loquitur, pauper tacet: hoc bene scitur.
Nummus donatus dat honorem pontificatus.
Nummus corda necat sapientum lumina cecat.

Nummus, ut est certum, stultum facit esse disertum.
Nummus non modicos, fictos acquirit amicos.
In nummi mensa sunt splendida fercula densa.
Ecce patet cuique quod nummus regnat ubique.

istas Z. 23 slendida. 24 auf dem Rande längs des ganzen Gedichtes gewissermassen als Überschrift. quique Z.

Gedruckt aus dieser Hs. von Wackernagel, Zeitschr. f. deutsch. Alterthum VI 303; Novati, Carmina medii ævi 39—42. Carmina burana p. 43; Mone, Anzeiger VIII 596; Wright, Walter Mapes 355.

fol. 7 r I 26:

75.

Quem vero nec res, nec femina frangere possunt,
Ambitus expugnat consceleratque pium.
Ambitus in ventum mores deflectit, et infra
Posse suum quemquam non sinit esse reum.
Huius opus turbare duces, mutare coronas,
Innocuis letum, sceptra tenere reis,
Urbibus excidium, templis properare ruinam,
Sternere patricios ensibus, igne lares,
Naturam viciis, superos offendere ritu,
Parcere tunc tantum, cum nocuisse nequit.
Quem simul arripiunt tantę contagia cladis,
Cuncta licere putat, dum sibi regna paret.
Sustinet hic gladios in patrem ferre, nec unquam
Fraude, cruore, dolis mens manus ora vacant.
Absque deo quisquam si vincere se putat ista,
Quod sibi promittit, noverit esse nichil.

Gedruckt bei Hildebert 1354 = 171, 1429.

1 res Gl. aurum. 5 Hoc Z. diues Z. 8 Spernere mit t über p Z. 10 nequid Z. 11 über cladis vite Z. 12 lice Z. parat, mit e darüber. 14 uacant Z, auf Rasur, ret üb. d. Zeile.

fol. 7 v I 9:

76.

Septem modis peccata delentur.

Septenis in carne modis peccata abolentur:
Primus per liquidas agitur baptismatis undas,
Digno martyrio fusoque cruore secundus,
Tercius extentę solando manus ad egenos,
Quartus ad eucharistia digne et sumpta verenter,
Quintus ut ad cunctos dilectio flexa propinquos,
Sextus peccator dum penitet ante malorum,
Septimus ex toto culpis ignoscere fratrum.

4 egenū Z, darüber -os. 5 eucharistiamgne Z, m zu di corr.

fol. 7 v I 18: **77.**

De Iacobo fratre domini.

De cruce deposito domino tandemque sepulto
Iacob indixit iustus, ieiunia tanta
Velle sequi, donec sollempnes experiatur
Surgendi causas. Ubi se collegit ad ortum
Sol surgendo suum, iam amplius haut moriturus,
Discipulo dicens apparuit operienti:
Vescere pane tuo! surrexi, Jacobe frater!
Frater ait, non matre sua, sed stirpe propinqua,
Ex quo in catalogo servatur mentio sacro.
Vt scriptura det indicium prenominis huius.

5 Xpc, darüber sol. 6 aparuit. 8 styrpe. 9 catalågo. 10 det aus tradet durch Rasur.

fol. 7 v I 29: **78.**

De sancta Maria, perpetua virgine et matre.

Innuba si gravida est, nova res et celica vis est;
Sed gravis, ergo novum sydereumque bonum.
Ardens arbustum nusquam conparet adustum:
Sic salvatorem parit hec servando pudorem.
Rore madet vellus, aret circumsita tellus,
Post maduit tellus, aret versa vice vellus:
Sic de Judeis fugiunt suffragia legis,
Israhelitę sic perdunt dogmata vitę.
Gentilis populus capit hec velut arida tellus:
Ad nos sermo patris, tectus velamine carnis,
Venit ab arce poli, non intulit ulla pudori
Vulnera materno, nascente dei quia verbo
Fracta reformari decuit, non integra frangi.
Virgo creatoris fit mater: claustra pudoris
Clausa manent, nitidum lux nescit frangere vitrum.
Quod lex terrebat, timor abstulit, umbra tegebat,
Gratia conciliat, spes dat, lux vera revelat,
Quę via digressis, levis afflictis, pia fessis,
Se cunctis patriam, requiem promittit et umbram.

Ist visa est zu schreiben?

fol. 7 v II 15: **79.**

Prima dies nona fit Iani scorpius hora;
Vulnera seva nimis fert horis septima quinis.
Quartus in octonis Februi manet ut lupus horis.
Undecimis ternus est horis fine timendus.

Quando diem primam dabit horam Martius ipsam,
Quarta nec est munda, cuius nocet hora secunda.
Horis in primis decimus suffocat Aprilis,
Undecimus nonas ferit inde diesque per horas.
Interimit terna Magii lux horaque sexta,
Estque mali moris in denis septimus horis.
Quinta nocet deni Iunii satis hora diei,
Horis quartanis quindenus mordet ut anguis.
Damnat terdecima Iulii, vorat hora secunda,
Huius et in nonis decimus quoque sauciat horis.
* * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * *
Horis Septembris perimit lux tercia ternis;
Eiusdem mensis necat horis dena quaternis.
Sauciat Octobris in quinis tercius horis,
Inque die dena huius ferit hora novena.
Iungit in octavis horis lux quinta Novembris;
Huius terna nigram facit horam confore dignam.
Vulnerat in primis horis septena Decembris,
In senis horis decimus fit causa doloris.

10 mali zweimal. 11 undeni.

Mit den sog. dies Aegyptiaci hat sich nach Mommsen, C. I. L. I 411 besonders W. Schmitz, Beitr. zur lat. Sprach- und Literaturkunde (1877) 308 beschäftigt. Die Angabe dieser verworfenen Tage (s. Schweizer. Archiv f. Volkskunde II 167), weniger oft der Stunden, ist ein selten fehlender Bestandteil der ältern Kalender, der in seiner Bedeutung zuweilen verkannt worden ist (z. B. von R. v. Liliencron in Zeitschr. f. deutsches Alterthum VI 349—369). In der Beichte wurde die Beobachtung dieser Tage als Sünde behandelt, vgl. Usener, Christl. Festbrauch (Rel.-gesch. Untersuchgn. II) 84.

fol. 8 r I 3:

80.

Primus in orbe dies lucis primordia sumpsit;
Altera splendifluis celum firmavit in horis;
Tercius undivagum mare dat cum germine terrę;
Quartus habet Phebum, lunamque et sidera cęli;
Quintus plumigeras volucres piscesque natantes;
Sextus quadrupedes reparans hominesque sagaces,
Septimus est requies domino de more benigno.

Von Leyser 189 als Erzeugnis des Eugenius von Toledo erwähnt; gedruckt: P. L. 87, 365. Vgl. Hagen, Catalogus 507 (Cod. Bernens. 704 saec. XII fol. 11 a).

fol. 8 r I 10:

81.

Prima plaga Egipti lymphas in sanguinem vertit;
Altera ranarum crepitum tabemque creavit;
Tertia mordaces pulices de pulvere movit;
Quarta dedit muscas ictu sonituque pavendas;

Quinta quoque in mortem dampnat animantia cuncta;
Sexta putrescentes vesicas, vulnera patrat;
Septima fulmineum murmur cum grandine vibrat;
Octava frugi nocuas frondique locustas;
Nona parat piceas tacta palpante tenebras;
Ultima, que decima, prolis primordia truncat.

Nach Leyser 192 von Eugenius v. Toledo verfaßt; gedruckt: Migne P. L. 87, 366; s. Hauréau Mélanges 122; Hagen Catalogus 507 (Cod. Bern. 704 saec. XII. fol. 10 [b]).

fol. 8 [r I 20]: **82.**

Prima rubens unda, ranę tabesque secunda;
Inde culex tristis, post musca nocivior istis.
Quinta pecus stravit, vesicas sexta creavit.
Pone subit grando, post brucus dente nefando.
Nona tegit solem, primam necat ultima prolem.

Gedruckt bei Hildebert 1360 = P. L. 171, 1436; Hauréau, Mél. 121 führt viele Hss. an, von denen zwei die Verse dem Petrus Pictor zuweisen. Molinier, Catal. des mscr. de la bibl. Mazarine III 393; Hagen, Catalogus 508 (cod. Bern. 704 f. 11 [b]). Valentinelli, Bibl. manuscr. ad S. Marci Venet. I 214.

fol. 8 [r I 25]: **83.**

Heu! moriens nos effugiens cur sic fugis a te?
Fons saliens modo deficiens Anshelme beate!

Mors miseros facit innumeros clamata nec audit,
Innumeros faciens miseros tua lumina claudit.

Nocte tua iam luce sua defungitur orbis,
Luce tua quia nocte sua resplenduit orbis.

Tu patrię decus, ęcclesię diadema fuisti,
Egregię quia iusticię normam tenuisti:

Te probitas operis, bonitas animi decoravit,
Sobrietas mentis, pietas super astra levavit.

Francia Flandria Scocia, Datia te celebravit,
Frisia, Suevia, Belgia, Gallia nobilitavit.

Non ducibus, non principibus fuit ista potestas,
Consulibus seu presulibus non talis honestas,

Quam tribuit, qualem voluit tibi gratia Christi,
Apposuit tibi conplacuit, celumque petisti.

Aus einem Blatt des german. Museums s. XII gedruckt von Wattenbach, Anzeiger f. K. d. d. V. XVI (1869) 39 (L).

3 fugit L. clāmata Z. 11 Datia fehlt Z. 12 helgia Z. Belgica L. 16 aposuit Z.

fol. 8 r II 7:

84.

Epitaphium Lugdunensis Hunberti.

Artibus, ingenio, maturis moribus olim
Iste bonus, melior, optimus esse cadit.
Mente senex, annis iuvenis, famosus ubique
Pro meritis, claris clarior ortus avis.
Res amplas fortuna dedit, natura decorem,
Sed neque fastus ei, nec decor obprobrium.
Lugduni natus studuit moriturus apud nos:
Illic assumpsit, exuit hic hominem.

Gedruckt Revue de philologie 1845 (I) 414.

fol. 8 r II 16:

85.

EPITAPHIUM UTRIUSQUE MARCELLI.

In terra terror Marcellus et unus et alter
Hic iacet: ambo duces; hic avus, ille nepos.
Consilio, cruce, vi: concives, furta, tyrannos:
Rexit, correxit, stravit uterque potens.

Gedruckt Revue de philol. 1845 (I) 414.

fol. 8 r II 21:

86.

Nec volo nec volui ditari turpiter unquam;
Pauperiem malo, dum sit honesta, pati.

fol. 8 r II 23:

87.

Qui non est dives, si pauper nesciat esse,
Ille modum vitę nescit habere suę.

fol. 8 r II 23:

88.

Indicat hic venter, quia tu tibi non es avarus;
At mihi sic nunquam prodigus esse volo.
Poscis multa foris pauco contentus apud te
Largus in alterius, parcus in ede tua.

Vgl. Hauréau, Notices et Extr. 28 II 437 = Mélanges 206.

fol. 8 r II 28:

89.

Abbatissarum reginarumque subactor
Per stupri precium sumpsit episcopium.
Mundi Roma caput si non ulciscitur istud
Quę caput orbis erat, cauda sit et pereat.

Gedruckt aus Cod. lat. Monac. 17212 v. Wattenbach, Anzeiger f. K. d. d. V. XX (1873) 101 und aus Cod. Vindob. 840 s. XIII f. 63 Neues Archiv VIII 193.

fol. 8 r II 33:

90.

Dum vir abest, puerum parit eius adultera coniux
Et reduci narrat, quod nive sit genitus.
Hunc apud Ethiopes vir vendit, et illa requirit;
„De nive conceptum sol liquefecit", ait.

Nach Dümmlers Abschrift aus dieser Hs. (nicht aus Cod. 78) gedruckt von Wattenbach, Zeitschr. f. deutsch. Altert. XIX 240. Verschiedene Fassungen dieses s. Z. beliebten Schwankes vom Schneekind hat auch Hauréau, Notices et Extr. 29 II 240 behandelt. Einen von W. Meyer, Fragmenta Burana 174 wiederholten Text hat P. v. Winterfeld, Stilfragen aus der Lat. Dichtung d. M.-a. 40 in gelungener Art verdeutscht. 1 alt'a Z.

fol. 8 v I 3:

91.

Epitaphium cuiusdam puellę.

Annis, forma, re: fervens, celeberrima, dives
Proh dolor intrat humum frigida, turpis, egens.
Hęc humilis fastus fugiebat, iurgia mitis;
Mens erat interius candida, fama foris;
Sepe puella ioco, semper matrona pudore:
Hoc annis, illud moribus ista dabat.

Gedruckt Revue de philologie 1845 (I) 414. 3 iurigia Z.

fol. 8 v I 10:

92.

Epitaphium cuiusdam phylosophi de quadam virgine.

Non sum sub terris. ubi tunc? in conpare stella.
Unde locus? quia virgo fui simplexque puella.

Ohne Überschrift auch in Cod. Einsidl. 34 fol. 2 v II.

fol. 8 v I 13:

93.

DE COMITE THEOBALDO.

Hic latet ille comes Theobaldus clarus ubique,
Ecclesię matris filius, immo pater.
Magnus honore, potens subiectis, nobilis ortu,
Mente sagax, verbis lucidus, ore decens.
Exiguis parvus, tumidis ferus, asper iniquis,
Simplicibus simplex, omnibus omnis erat.
Reis, pauperibus, monachis, egrisque parabat
Incessanter opem, munera, templa, domos.
Huius erat servare bonos, punire nocentes;
Huius erat iuste vivere, iusta loqui.

Omnes virtutes in eo lucere videres,
Certabantque simul mirificare virum.
Gallia nostra gemens tanto viduata patrono,
Sicut eo stabat stante, iacente iacet.
Ergo sui cursus perfecit tempora mense
Iano bis quinos perficiente dies.

7 Res Z.

fol. 8 v I 30:

94.

Epitaphium Sviggeri, abbatis sancti Dionisii.

Hic iacet ęcclesię flos, gemma, corona, columpna,
Vexillum, clipeus, gloria, lumen, apex.
Abbas Sviggerus, specimen virtutis et equi,
Cum pietate gravis, cum gravitate pius.
Magnanimus, verax, sapiens, facundus, honestus
Iudiciis presens, corpore, mente, sibi.
Rex per eum caute rexit moderamina regni;
Ille regens regem rex quasi regis erat.
Dumque moras ageret rex trans mare pluribus annis,
Prefuit hic regno, regis agendo vices.
Quę duo vix potuit alius sibi iungere, iunxit
Et probus ille viris et bonus ille deo.
Istius ęcclesię pastor specialibus auxit
Res, decus, ornatum, munia, tecta, gregem.
Cui rapuit lucem lux ultima theophanię,
Veram vera diem theophania dedit.

7 regi Z.

Dieses Epitaph für den berühmten Abt Suger von S. Denis († 20. Januar 1152) hat Simon Chèvre d'Or verfaßt, worauf Hauréau, Notices et extr. 28 II, 312 = Mélanges 30 wieder hingewiesen hat, nachdem es Beaugendre und seine Nachfolger für Hildebert in Anspruch genommen hatten, ohne sich durch den offenbaren Anachronismus beunruhigt zu fühlen.

fol. 8 v II 13:

95.

VERSUS SANCTI AUGUSTINI DE CEREO PASCHALI.

Hęc tua sunt, bona sunt, quia tu bonus ista creasti:
Nil nostrum est in eis, nisi quod peccamus amantes
Ordine neglecto pro te quod conditur abs te.

fol. 8 v II 17:

96.

Item versus eiusdem, quos scripsit in mensa, supra quam comedere solebat.

Quisquis amat dictis absentum rodere vitam,
Hanc mensam indignam noverit esse sui.

tit. comere Z. 1 carpere über rodere Z.

fol. 8 v II 20: **97.**

§ Quod cupio sepe concipio; spem somnia tradunt:
Irrita post sompnum vota fidesque cadunt.

fol. 8 v II 22: **98.**

Cum sis flos patrum, cum spes, cum vita tuorum,
Effice, cur tu sis illud habendus ei.
Idque facis, si nunc es, quod prius esse solebas,
Si non te mores destituere tui.
Mens prudens sit, larga manus, sit lingua modesta:
Hęc gerat, hec tribuat, hec sonet usque bonum!
Sic deus hanc ut pauperiem, plebs ut probet illam:
Sicque tribus, si vis, patria gratus eris.
Tu mea precipue te spes ponatur in uno;
Ne spes cassa ruat, ut potes, affer opem!

9 tua über te Z.

fol. 8 v II 32: **99.**

Mars obit in terris: deflent par sidera sidus,
Numina par numen, parque decora decus.

fol. 8 v II 34: **100.**

Ardua certe fides robustos exigit annos.

Certæ. Z.

fol. 9 r I 1: **101.**

Floruit ars loicę placuitque Galone docente;
Marcet, vilescit, cum sinet esse docens.
Alter Aristotiles, cleri caput, artis acumen
— Unde gemit clerus: heu — vacat a studio.
Ars loycę! rectore cares, ruis orba magistro!
Non est qui recto tramite lora regat.
Dum tuus auderet tua lora tenere, fuisti
Altior, utilior artibus, ars melior.
Privatus studio doctor, doctore iuventus
Heu dolor! ille gregem plangit et illa ducem.
Hinc mens, hinc stomacus, hinc os plausu, dape, risu
— Res miranda — vacat: undique fletus adest.
Cum stet cumque putet fore tutus in urbe vel extra,
Hinc illincque fugat emulus hostis eum.
O genus, o species! hic vobis conputo dampnum:

Imbre rigate genas! iam viduata duce.
O genus, o species! vestram deflete ruinam!
A summo ruitis non relevanda gradu.

Über diesen Philosophen vgl. Hauréau, Mélanges poét. d'Hildebert 33, der auf Hist. littér. de la France XI, 421 verweist.

Hinc os fehlt, vgl. Neues Archiv 20, 647.

fol. 9 r I 19:

102.

Sillogismorum quicumque cathegoricorum
Nosse modos curas, tres ordine pone figuras.
Limitibus constare tribus debet modus omnis.
Inter quos medius, qui primus, erit repetitus.
Prima figura modo subicit, modo predicat ipsum;
Predicat altera bis, bis terna subicit ipsum:
Ter ternis est ergo modis contenta facitque
De tribus o primum prima figura modum.
Alter habet nullum, post totum denuo nullum.
Tercius omne semel cetera partis habet.
Quartus post nullum; partem probat et negat illam.
Primi vertatur ultima, quintus erit.
Sextus simpliciter fit verso fine secundi.
Septimus est tritus si paciatur idem.
Omnis cum nullo versum non omne dat octo.
Sic nonus sed habet particulare caput.
Alterius primus fit qui primę fuit alter.
Post o bis nullum pone, secundus erit.
Conponunt nulli quidam non omnia tritum;
Omne semel, bis non omnia quartus habet.
Omne bis et quidam postremę, primus habebit.
Nonque omni, omni iunge secundus erit.
Tertius inter bis quidam ponit se [!]
Post primum totum bis quidam quartus habebit.
Inter bis non omnis habet quintus semel omnis.
Nullos et quosdam non omnes sextus habebit.

4 erat, mit i über a. 11. negat et probat durch b und a umgestellt.

fol. 9 r II 11:

103.

Magnus Aristotiles trutinando cacumina rerum
In duo divisit quicquid in orbe fuit.
Et redit ad nonum duo reddens ad minus unum.
Dum genus esse solet, sibi talia queque subauget.

Quod fuit esse quod est, quod non fuit esse, quod esse.
Esse quod est, non esse quod est, non est erit esse.
Dum res' est esse, dum non, non esse nec esse.
Hic tamen est esse, contingat posse nec esse.
Rursus non esse si vult, mutatur in esse.

1, 2 gedruckt unter Marbod's Namen bei Migne P. L. 171, 1684: ohne Namen bei Alanus de Insulis Migne P. L. 210, 981.

fol. 9 r II 20: **104.**

Finde triplum numerum triplicans unum sibi membrum,
Et pandet feriam remanens mihi quodque statutam.
Maius si non par sed qui vis si fuerit par,
Duplico quinque dabo per quinque decemque plicabo.
Sono centeni posite sunt atque diei.
Hos si qui superat secum centum vero tollat.
De pare quique latum remanens referenti [!]
Si duplicas numerum, pandet positum sibi secum.
Duplos undecimo quos per septena secabo.

fol. 9 r II 29: **105.**

In derivato rem nomen participato;
Perspicienda minus non est inflexio casus.
In medio finem dat syllaba nulla sonantem, . . .

23 Verse grammatischen Inhalts: hg. v. H. Hagen, Anecdota Helvetica præf. LXIII.

fol. 9 v II 18 — 10 v II 35: **106.**

Ante per exemplum soliti cognoscere verbum
Aut aliam partem, cum prima postque vocalem
Consona sola venit, de qua nova regula crevit,
Quam mihi Serviolo placuit subscribere libro,
Quod simul inde sapis, est omnis syllaba qualis.
Ante b fit brevis a, retinet quam sillaba prima
Fabula vel fabor, cum stat producitur labor . . .

183 Verse. Wattenbach hat in den Münchener Sitz.-ber. III (1873), 693 und 714 ein mit Ante per exemplum beginnendes Gedicht über die Quantität der ersten Silben nachgewiesen in Cod. lat. Monac. 17 142 s. XII. f. 140 und C. l. M. 19488. sæc XII. ex., p. 126. Während 17142 keinen Verfasser kennt, gibt 19488 das Gedicht einem Theobaldus in der Überschrift:

Incipit a magno per carmina scripta Tebaldo
Regula de longis de brevibusque protis.

Ein Text, welcher dem in Z erhaltenen Bruchstück ähnlich gewesen sein muß, hat dem Alexander in seinem Doctrinale zur Grundlage des Abschnittes über die Quantität, (cap. X v. 1620—1840) gedient. Alexander gesteht auch (v. 2) pluraque doctorum sociabo scripta meorum; doch macht er über seine Lehrer keine weiteren Angaben (vgl. Reichling, Einleitung LXXVII), so dass man auf Vermutungen angewiesen ist. Die Benutzung dieser Vorarbeit

scheint in der Weise erfolgt zu sein, dass Alexander (1703 ff.) die Anlage, resp. Reihenfolge beibehielt, aber zuerst Beispiele für die Regel anführte, die vielleicht als Glossen seiner Vorlage angehörten, und erst dann die Ausnahmen folgen liess, während unser Text nur die Ausnahmen anführt. Dass nicht Alexander seine Arbeit zuerst machte, geht auch aus der Tatsache hervor, dass er sich bemüht, die Zahl der Ausnahmefälle zu vermehren. Zwar scheint sein Vorgänger nach möglichster Vollständigkeit gestrebt zu haben, wie der Vers

Exit lamentor; aliorum nemo repertor.

beweist; doch sagt das Doctrinale 1736: quibus amentum sociabis.

Ob unser Bruchstück, das mit

Longua fit in reliquis, lī est non itaque scriptis
Sed breviare quidem vel cum neutrale sit idem

schließt und also nur von — ab — bis — id — reicht, mit dem Text der beiden Münchnercodices übereinstimmt oder nicht, muß eine Vergleichung lehren, die anzustellen mir Zeit und Gelegenheit fehlen. Darf Magister Tebaldus mit dem Mönche Theobald von Moutier-en-Der identifiziert werden, den Petrus Riga (Hildebert 1323 = P. L. 171, 1395) wegen seines klaren Stiles rühmt? Ist er mit dem Verfasser des Physiologus eine Person? sind Fragen, deren Untersuchung noch aussteht.

Hauréau (Notices et extr. 27 II 52) hat die von A. Scheler (Jahrbuch f. roman. u. engl. Literatur V (1864) 55) aus Jean de Garlande's Ars versificatoria ausgehobenen Verse:

Quid dicam de preteritis variisque supinis,
Et quid de brevibus, de longis? Non aliena
Carmina transplanto, quæ struxerat ante Johannes
Vir Belvacensis legiturque libellulus unus,
Regula splendescit recitans longasque brevesque.

dahin verstanden, daß die praeterita und supina mit den langen und kurzen Silben zusammen von Jean de Beauvais in seinem Liber pauperum behandelt wurden, und einen Widerspruch mit Alexanders Geständnis:.

Hinc de praeteritis Petrum sequar atque supinis herausgefunden. Dieser Widerspruch löst sich aber leicht, da aus Jean de Garlande's Text nicht geschlossen werden muß, Jean de Beauvais habe de praeteritis et supinis und de brevibus et longis gehandelt. Aus Jean de Beauvais' liber pauperum, den Hauréau in einer Hs. zu Oxford nachweist (Coll. S. John 178), sind keine Auszüge bekannt, die zur Entscheidung der Frage führen könnten, ob der ihm zugeschriebene Traktat mit der Abhandlung in den Hs. von München und Zürich übereinstimmt, oder eine Erweiterung oder Verkürzung derselben bietet. Der von Scheler angeführte Vers: Regula splendescit recitans longasque brevesque, den Hauréau übersehen zu haben scheint, läßt auch die Vermutung zu, daß eine unserer Hs. entsprechende Fassung durch Jean de Beauvais erweitert, wohl auch zu Ende geführt wurde, und dann erst dem Verfasser des Doctrinale in die Hände fiel. Der im Anfang erwähnte Serviolus liber ist gewiß der in Grammatici Latini ex recens. Keilii IV 449—455 gedruckte Tractat Servii Honorati de finalibus.

fol. 11 r I 1: **107.**

Incipiunt diversarum proverbia rerum.

Assidue gelidi flant ex asinibus euri.

Schluß: Est antiquarum liber hic sententiolarum.

54 Verse; hg. v. Wackernagel in Zeitschr. f. deutsches Alterthum VI 301—307; vgl. daselbst XXX, 410. Mit andern Sammlungen zusammengearbeitet bei Müllenhoff und Scherer Denkmäler[2] XXVII 2.

fol. 11$^{r\ II\ 23}$: **108.**

Formę casuales nominum VII sunt: monoptota . . .

Abgedruckt bei Hagen, Anecdota Helvetica p. LXIV.

fol. 11$^{v\ I\ 6}$: **109.**

/ . . / / / / / . . / . . / /
Afferesin dicunt de vertice quando recidunt,
/ . . / / / / / . . / . . / /
Ex mediastina fit sincopa parte recisa,
/ . . / / / / / . . / . . / /
Parteque subtracta dicetur apocopa facta.

Ein Beispiel der im Mittelalter allgemein üblichen Bezeichnung der Scansion der Verse. Gedruckt bei Hagen, Anecd. Helvetica LXIV; vgl. auch Eberhard Bethuniensis, Graecismus I 7 f.

fol. 11$^{v\ I\ 9}$: **110.**

Sex habet hec sibi scemata lingua Latina:
Frontem dat prothesis, quam negat afferesis,
Penthesis hoc reddit medium, quod sincopa tollit,
Addit paragoge, subripit apocope.

Vgl. Anzeiger f. Kunde d. d. Vorz. VI (1859) 208, wo Gall Morel dieselben Verse aus dem Cod. Einsidl. 34 f. 2$^{v\ I}$ (E) abdrucken ließ. 1 hec] opposita E. 2 protesis E. 3 Pentesis E. 4 surripit E.

fol. 11$^{v\ I\ 13}$: **111.**

Amphiboloicum est figura dubię orationis, . . .

Gedruckt bei Hagen, Anecd. Helvetica LXV.

fol. 11$^{v\ I\ 24}$: **112.**

De pascha, ubi contingat.

Est in bis senis Nisan pars prima kalendis
Et quatuor denis Mai stat meta kalendis.
Luna sub hoc spacio bis septima lucet Hebrea
Moxque die solis sunt paschę gaudia nobis.

4 pachę.

113.

De prima littera, ubi mensis incipit.

Litera prima notat primum mensis elementum:
I. II. III. IIII. V. VI. VII.
Alta Domat Dominus, Gratis Beat Equa Gerentes,
VIII. VIIII. X. XI. XII.
Contemnit Fictos, Augebit Dona Fideli.

fol. 11 v I 33:

114.

De adventu domini, ubi contingat.

Adventum domini non est celebrare Decembris
Post ternas Nonas nec quintas ante kalendas,
Rite dies solis venerit, ubi mox celebrabis.

2 calendas, mit k über c. 3 ubi über qua.

fol. 11 v II 3:

115.

De tribus missis in natale domini.

In natale sacro sacrę sollemnia missę
Quid signent aut cur ter celebrentur, habes:
Nocte prior, sub luce sequens, in luce suprema
Sub Noe, sub templo, sub cruce sacra notat.
Sub Noe, sub David, sub Christo sacra fuere:
Nox, aurora, dies: umbra, figura, deus.

Wiederholt ohne Überschrift f. 37 v I 1 (z). 4 notant z. 5 fuerunt z.
Gedruckt bei Hildebert 1350 = 171, 1198.

fol. 11 v II 9:

116.

Ad fugitivum.

Omnia vilescunt, artusque dolore liquescunt,
Non opus exponi, tolerent que dura coloni,
Sensus marcescit, corpus, vox, atque tabescit;
Ergo revertaris, ne mortem promerearis.
Mors a te fugiat, optata reversio fiat,
Que mentem reparet conversio sola placeret;
Hanc dominus donet, ne mens egrota laboret.
Oro deum vivum, quod te mihi reddat amicum,
Insanę menti tu consule iam pereunti.
Nullus erit finis, ubi pessima regnat Erinis,
Et vere finis non est, ubi regnat Erinis,
Scripta mihi desunt, quia cordi tristia presunt.
Quid loquar absenti, me, pro dolor! et fugienti?
Quid iuvat absentes lacescere versibus aures?
Durior es lapide factus, dum quereris a me:
Non te saxosum valeo superare remotum.
Convenias mecum, faciam te non fore tecum;
Multa loqui vellem tecum, si tempus haberem
Et loca, quę nostris congruerent lacrimis.
Hęc quia non dantur, pro me mea scripta loquantur,
Et sit pro viva kartula voce mea.
Ei mihi, quid merui, quod nulla licencia fandi

Tecum secretis est habitura locis.
Si mihi privatim non vis concedere, saltim
Concedas kartę dicere pauca meę:
Flava prius Rhenum sua flumina rebar in Histrum
Vertere, quam soli te mihi nolle loqui.
Qua ratione tibi modo sim magis ipsa pudori
Quam prius, omnino dicere non potero.
Venerat hoc ex te, quicquid tibi displicet in me:
Nonne probasti mea? cur modo carpis ea?
Tunc ego gemma fui, tunc flos, tunc lilia campi;
Tunc quoque nulla fuit orbe mei similis.
Illud idem, quod eram, modo sum, nisi virgo; nec umquam
Id fieri potero: quod sine fine fleo.
Hoc ego nocte die fleo, quod non fata tulere
Cum dulci vitam virginitate meam.
Fraude triumphare nichil est nisi laude carere.
Pollicitando mihi bona plurima sepe dedisti,
Proque bonis sumpta sunt mihi multa mala.
Sepe tui causa mihi sunt data verbera plura
Mollibus et membris vix pacienda meis.
Verbera quam membris nocuit plus fama pudoris,
Verbera sunt levius quam mihi verba pati.
Quod dedit ante iocum, modo dat mihi fundere fletum.

12 doror. 28 ipsæ. 31 probasti. Omnia facta mea? cur ... 34 n̄c = nunc.

fol. 12[r I 21]:

117.

Conpar nulla tibi me teste valet reperiri:
Lucifer ut stellas superatve Diana puellas,
Sic tu consocias superas probitate catervas.
Prestas vicinis, prestant ut lilia spinis;
Virtutes in te posuerunt munia cunctę.
Verum fata bene tua tempora disposuere;
Nox sine te longa, lucetque dies odiosa.
Si processisses, stellarum prima fuisses.
Conveniant medici terra quacumque periti
Et medicinarum expandent iura suarum,
Tu dabis antidotum, sanabis me quoque totum.
Sed forsan dices: 'herbarum non mihi vires
Sufficiunt, plagę per que sopiantur amarę'.
Non sunt querendę silvis aut montibus herbę,
Sed geris intra te medicamina congrua; quare

Ne peream, propera: pereundi tu mihi causa.
Num tibi divitias mea mors prestabit opimas?
Numquid morte mea cęli penetrabis amena,
Gaudia cum vitę verę perdant homicide?
Numquid legisti, vel ventis lecta dedisti,
Pęnas inmites homicidis esse perennes?

3 consotias — cathervas. 5 menia.

fol. 12 r II 8: **118.**

'Avertat pęnas deus et tibi donet amenas
Sedes, sed mecum; quia volo vivere tecum',
Dicebat quidam moribundam questus amicam.
'Aut moriar tecum, vel debes vivere mecum.
Stet tibi mens eadem, mihi stare scias et eandem,
Tempus prolixum nec certo cardine fixum
Hoc decernatur, decretum perficiatur.
Leticię flores facient cessare dolores.
Ex hoc verbo spem, veram nondum teneo rem.
Sed qui spe gaudet, ipsam rem denique prendet.
Sum letus de spe, reddar letissimus ex re.
Que sit res illa, non est opus edere lingua;
Dulcior est omni, poterit quod dulce vocari.
Dulcior ista re, si res extet, meditare,
Dulcior in terra res non conprenditur illa,
Dulcedo cuius humanos edomat artus:
Sepius hec repetens, nimium me vulnero demens'.

15 conprehenditur.

fol. 12 r II 25: **119.**

Si cuiquam capto vel tetro carcere clauso
Proximus illius vel quis dixisset amicus:
Cras dimitteris, hec ultra non patieris,
Annorum mille noctem fore diceret ille,
Ac pro spe nimia, nox insomnis foret illa.
Si fuerit verbis amor aut medicabilis herbis,
Omnia portarem, quo tela cruenta fugarem.
Non est quo fugiam vel cuius munere vivam,
Corpore laxatus, graviter sum corde ligatus.
Non horresco iugum nec pondus id est mihi durum.

7 tęla.

fol. 12$^{v\,I\,1}$:

120.

Omnia postpono, te pectore diligo toto,
Tu mundanarum fons vivus deliciarum.
Te colo, te cupio, peto te, lassatus anhelo,
Ad te suspiro moribundus, teque requiro,
Concite succurre ruituro, dicque: 'resurge,
Nunc ego sanabo morbum, mestumque levabo,
Tantum convaleas sospes, letus quoque vivas!'
Verum precellis nectar me iudice mellis;
Est potus nullus tanta dulcedine fultus.
Qui non vilescat illi, quem semper inescat
Omnis factura Christi: sol, sydera, luna,
Colles et montes, valles, mare, flumina, fontes,
Tempestas, pluvię, nubes, ventique, procellę,
Cauma, pruina, gelu, glacies, nix, fulgura, rupes,
Prata, nemus, frondes, arbustum, gramina, flores
Exclamando: vale! mecum predulce sonate.
Non precor extremum, sed quod perduret in ęvum.
Missa tibi soli multis ostendere noli!

11—15 Anklang an einen bekannten liturgischen Text.

fol. 12$^{v\,I\,19}$:

121.

Carmina misisti, quod amat mea Musa dedisti;
Es, aurum squalent, carmina sola valent.
Carmine leniti tenet Orpheus antra Cociti,
Dantque locum Manes Cerbereique canes.
Carmine placavit, quod quisque mali toleravit;
Fit, quod erat rabies, carmine summa quies.
Nulli tortores, nulli metuere dolores.
Nulla furente domo verbera sensit homo.
Inmemores penę, quos constrinxere katenę,
Inmemores irę fecit amore lyrę.
Multis multa modis, dum carmina copulat odis
Orpheus ante deos, carmine vicit eos.
Dum sua fila regit, mortem ridere coegit;
Miraque res fuerat, quod sibi risus erat.
Arte lyręque sonis mutatur et ira Plutonis,
Mutat iura dei, dum miseretur ei.
Quasque timent misere Furias simulachra videre,
Viderunt Furias tunc simulacra pias.
Nullam mente fera respexit iniqua Megera,
Miranturque rei, quod pavor absit ei.

Zu 6 Glossen: ut Saulis. Davidis carmine. 7 tortores unsicher, zuerst dolores. 13 fila über der Linie. 17 timet.

Ad lyricos cantus ita conticuit Radamantus,
Quod, cum vox sonuit, questio nulla fuit.
Obstupuit Cloto fusoque coloque remoto,
Nec dat leva coli vivere sive mori.
Interea rores nullos hausere sorores;
Dum lyra concrepuit, pęna remissa fuit.
Inmemor ad cythare modulamina pestis amare
Vultur dat Tytio vivere dente pio.
Yxionisque rota, montis de vertice mota,
Carmen ut audierat, volvi destiterat.
Tuque, propinquarum male quem fuga fallit aquarum,
Tantale, si speres, flumina non peteres.
Sisiphus auscultat modo nec sua saxa volutat,
Sed stupet, Orphei quid lyra dicat ei.
Ergo per umbriferos saltus Rodopeius heros
Carminibus Stigiam non pavet ire viam.
Ergo per horrentes populos umbrasque silentes
Carminibus vadit regnaque mortis adit.
Per loca concessum tenuit duce carmine gressum,
In quibus est fletus, nox, labor atque metus.
Non pavet obscuras facies turpesque figuras,
Sed magis arridet, cum fera monstra videt:
Intuitus mutant torvos, blandeque salutant;
Dat rota Tartarei signa favoris ei.
Nullus eum terret, sed ei, ne devius erret,
Significant pariter, qua teneatur iter.
Undique funduntur et ad Orphea queque feruntur:
Utque Plutona deum, sic comitantur eum;
Nam dum concineret, cava dum loca voce repleret,
Quemlibet a propriis traxerat officiis:
Milia iunguntur modulataque verba sequuntur,
Nec strepitu vocum prepediere iocum;
Sed, nostro more, psallentis vatis ab ore
Quisquis ibi stabat, murmura nulla dabat;
Nec Iovis ante thorum tantus magis ordo deorum
Suscipit etherei seria verba dei.
Sic infernorum tenet Orpheus ora deorum,
Sic rabiem demit, sic fera corda premit;
Eurydicen tutus per inania regna secutus,
Terra quibus finit, stagna Karonis init.
Carminibus sociis transnavit stagna Karonis
Imperioque dei redditur uxorei.

31 quam in Abkürzung. 33 autcultat, doch corr. 48 9mitantur. 49 uoce loca mit übergesetztem b a. 55 anto. 59 Evriden.

fol. 13[r I 13]: **122.**

Oderunt peccare boni virtutis amore = Ep. I 16, 52.
Sit spes fallendi; miscebis sacra prophanis = Ep. I 16, 54.
Qui metuens vivit, liber mihi non erit umquam = Ep. I 16, 66.
Compedibus sevo te sub custode tenebo = Ep. I 16, 77.
Quo me cumque rapit tempestas, deferor hospes = Ep. I 1, 15.
Et mihi res, non me rebus subiungere conor. = Ep. I 1, 19.
Nemo adeo ferus est, ut non mitescere possit = Ep. I 1, 39.
Inpiger externos currit mercator ad Indos. = Ep. I 1, 45.
Vilius est argentum auro, virtutibus aurum. = Ep. I 1, 52.
Sperne voluptates: nocet empta dolore. = Ep. I 2, 55.
Semper avarus eget: certum voto pete finem. = Ep. I 2, 56.
Invidia Siculi non invenere tyranni
Maius tormentum. = Ep. I 2, 58.
Ira furor brevis est; animum rege: qui, nisi paret,
Inperat; hunc frenis, hunc tu conpesce catenis.
Figit equum tenera docilem cervice magister
Irȩ viam, qua monstrat eques. Venaticus, ex quo
Tempore cervinam pellem latravit in aula,
Militat in silvis catulus. = Ep. I 2, 62—67.
Quo semel est inbuta recens, servabit odorem
Testa diu. = Ep. I 2, 69.
Quo mihi, fortuna si non conceditur uti? = Ep. I 5, 12.
Spes iubet esse ratas: ad prelia tendere inhermem. = Ep. I 5, 17.
Quid non ebrietas designat? operta recludit. = Ep. I 5, 16.
Fecundi calices quem non fecere disertum? = Ep. I 5, 19.
Inperat aut servit collecta pecunia cuique. = Ep. I 10, 47.
Tu quamcumque deus tibi fortunaverit horam,
Grata sume manu, nec dulcia differ in annum! = Ep. I 11, 22, 23.
Celum, non animum mutant, qui trans mare currunt. = Ep. I 11, 27.
Ac bene nummatum decorat Suadela Venusque. = Ep. I 6, 38.
Vade, vale; cave, ne titubes mandataque frangas. = Ep. I 13, 19.
Nuper in hac aula fueram qui cario[r] ambra,
Nescio qua causa sum factus vilior alga. (Sat. II 5, 8).
Non valet exemplum, quod litem lite resolvit. = Sat. II 3, 103.
Noxius est anguis vir lividus atque bilinguis:
Retro venenosus rodit, favet ore dolosus.

Indigites flevisse deos urbisque laborem.

Oppono auriculam; rapit in ius, clamor utrumque;
Undique concursus: sic me servavit Apollo. = Sat. I 9, 77, 78.

Nos numerus sumus, et fruges consumere nati. = Ep. I 2, 27.

Quicquid delirant reges, plectuntur Achivi. = Ep. I 2, 14.

Quod satis est cui conti[n]git, nil amplius optet. = Ep. I 2, 46.

Invidus alterius marcescit rebus opimis. = Ep. I 2, 57.

Carcere dicuntur clausi sperare salutem,
Adque aliquis pendens in cruce vota facit.

Quid potius faciam? non sum, qui segnia ducam
Ocia: mors nobis tempus habetur iners.

Qui sterili totiens cum sim deceptus ab arvo,
Dampnosa persto condere (aus credere) semen humo.

Scilicet est cupidus studiorum quisque suorum
Tempus et asueta ponere in arte iuvat.

Saucius evitat pugnam gladiator et idem
Inmemor antiqui vulneris arma capit.

Principibus placuisse viris non ultima laus est = Ep. I 17, 35.

Iam neque divitibus contingunt gaudia solis. = Ep. I 17, 9.

Kleine Anthologie aus Horatius Episteln und Satiren, untermischt mit einigen andern Versen.

fol. 13 r II 31:

123.

Nox erat et toto fulgebant sidera cęlo;
Cogebat saevus cuncta silere sopor,
Cuius grata quies mihi numinis absque favore
Non venit, hocque probat visio visa michi.
Visio talis erat: lustrabam florida prata
Nescio si solus, sed puto solus eram.
Eheu! quam vario lustrabant prata decore,
Non est sufficiens cuilibet exprimere.
Hęc depingebant redolens crocus, alba ligustra,
Purpureę violę, sanguineęque rosę.
Sed quid plus? omnis erat hic lascivia veris,
Et quicquid visu, quicquid odore placet:
Silva virens, illa circumdabat undique prata,
In qua dulcisonum murmur erat volucrum.
Rem minuo, dum parva loquor; sed id assero plane,
Quod melior nullus hoc sit in orbe locus.

2 suus. 13 illā. 16 h̄ (= hec) zu ḣ verbessert.

Dum rerum faciem miror, miransque pererro,
Et pasco visum queque videndo meum;
Invenio fontem clarum, limoque carentem,
Cuius aquas divos nectar habere reor.
Rivulus ex illo fluitans leve murmur agendo
Perspicuis vivus luxuriabat aquis.
Dum super hunc fontem sedeo mirorque quis esset,
Qui pratum, latices et nemus incoleret,
Protinus accessit Phebus, Phebumque secuntur
Consona cantantes carmina Pierides.
Utque suum tenuit dulcis modulatio finem
Et Musę modulas deposuere liras,
Astitit ipse mihi, decus atque potentia vatum,
Phebus et attonitum vocibus his refovet:
Ne timeas, iuvenis, nec sim tibi causa timoris,
Sed magis ausculta, que tibi verba fero.
Miror ego nimium, miratur et ista sororum
Turba sonora, meo que favet imperio,
Quod nimis audacter, audacter et absque pudore
Iura poetarum quilibet aggreditur.
Quivis nempe rudis, expers cuiuslibet artis,
Si potuit metro iungere verba duo,
Protinus usurpat nomen vultumque poetę,
Se iam Nasonem Virgiliumque putat.
Est, mihi crede, pudor, pudor est, quia dedecus ingens,
Quod penetrat castra vulgus inerme mea;
Et doleo, dum sic video me ludificari,
Omnibus et rudibus nomina tanta dari.
Quod Plato, celestis naturę conscius auctor,
. . . .

21 lene. 22 perspicuus. 37 cuilibet.

Klage der Kunst in Form eines Traumes (vgl. Seemüller, Zeitschr. f. deutsches Alterth. 34, 223), den der Dichter nicht zu Ende geführt zu haben scheint, obwohl die Vorlagen Ovid Amores III 5 und Anthol. Lat. ed. Riese 640 nicht viel länger sind.

fol. 13 v II 8—14 v I 25: **124.**

Si vis de prosperitate tua aliquid significare, talia verba pone et his similia: Deo gratias mihi omnia prospera; omnia mitia; omnia serena; omnia tranquilla; omnia blandiuntur; universa demulcent; omnia leta; omnia suavia; omnia mihi rident, Nichil est adversum, vel contrarium, vel molestum; nichil est te sano quod me honeret; nihil te sospite quod meos humero[s] gravet; nichil est ponderis vel sarcine; nichil est quod mentem meam non delectet, et multa his similia.

De adversitate sic: Ego peccatis meis exigentibus ingenti dolore fatigor; . . . . magno opere desideratur.

Interrogatio: Quis te ventus appulit nostris regionibus . . . .

Responsio: Ad orandum venio, ...

De laude: Facta tua sunt celebranda summa laude, summis efferenda preconiis, ... salus reperitur.

Es ist nicht klar, ob diese Beispiele der Anfang einer Ars epistolandi oder Bruchstücke oder Auszüge aus einer solchen sind.

fol. $14^{v\ I\ 26}$ — $15^{r\ I\ 8}$: **125.**

Primo omnium querendum est homini, que sit vera scientia, veraque sapientia; quia sapientia huius seculi stulta est apud deum, . . .

Set hec cognitio divinitatis et scientia veritatis per fidem discenda est catholicam, quia sine fide inpossibile est placere deo. Vere beatus est qui et recte credendo bene vivit et bene vivendo fidem rectam custodit . . . . .

De cuius (d. h. fidei) excellentia alterius est temporis disputare, quia breviarium, quod mandatis tibi petisti stricto sermone fieri, profundissimas de fide catholica rationes explicare non poterit, . . .

Ob diese kurze Sammlung von moralischen Sätzen ganz dem Augustinus entnommen ist, der an einer Stelle als Gewährsmann erscheint, muß eingehendere Prüfung lehren.

fol. $15^{r\ I\ 9}$: **126.**

Olim dives eras; nunc es de divite pauper
Factus. quid facit hęc? sola superfluitas.
Alea, Bachus, amor meretricum fecit egentem:
Numquam dives erit, hec tria qui sequitur.

Etwas abweichend fol. $42^{r\ II\ 5}$.
Riese, Anthol. Lat. II, p. XXX. — Hauréau, Notices et Extr. 32 II 97. Rom. Forsch. III 287.

fol. $15^{r\ I\ 13}$: **127.**

Quod misere cenas metuens vacuare crumenas
Et tibi non parcis, nova dum marsupia farcis.
Nescis que servas aut cuius opes coacervas.
Aurum, quod nosti tradetur forsitan hosti.
Mors rapiet quod habes, fietque caro tua tabes.

Hoc argumento, que sit tua causa, memento!
Si quod es ipse tui tu memor esto tui.
Forsan et hic fleris; set abest ut flendo iuveris.

Vgl. fol. 1 $^{r\ I}$ (nro 1,$_{12}$ u. f.).

fol. 15 $^{r\ I\ 21}$:

128.

Celica patria preparat atria: currite flentes.
Vos dominus vocat et prope se locat; ite stupentes.
Cella iubarque soli lampasque simillima soli.

fol. 15 $^{r\ I\ 24}$:

129.

Vir venerandus obit; quod si quem fama superstes
Post obitum cogit vivere, non obiit.

Bei Hildebert 1321 = 171, 1393 gedruckt als Anfang einer längeren Grabschrift. 1 superstes zu supersteM corr.

fol. 15 $^{r\ I\ 26}$:

130.

Ad cenam Varus me nuper forte vocabat;
Ornatu dives, parvula cena fuit.
Auro, non dapibus decoratur mensa; ministri
Apponunt oculis plurima, pauca gulę.

1 Variís. 4 occulis.
Riese, Anthol. Lat. n. 796 hat 6 Verse.

fol. 15 $^{r\ I\ 30}$:

131.

Tres sunt Lugduni; si, quod tribus est, foret uni,
Nulla figura viri par posset ei reperiri.

si] s; = sed Z.

fol. 15 $^{r\ I\ 30}$:

132.

Es furatus equam nocturno tempore nequam,
Nec paries geminus detinuit facinus.
Furis habes nomen, veniat tibi nominis omen,
Et videam lucem, qua paciare crucem.
Pro factis rebus te torreat in cruce Phebus!
Nigris alitibus sint tua membra cibus!

1 furata Z, doch corr.

fol. 15 $^{r\ II\ 4}$:

133.

Lusisti satis, edisti satis atque bibisti,
Impia gens, mala gens, ... Aureliana:
Non tibi dux, neque lux, neque rex, neque lex, nisi vana.

1 = Hor. Ep. II, 2, 214. 2 Lücke in Z nicht bezeichnet.

fol. 15 r II 7:

134.

Omne solum forti patria est, ut piscibus equor
et volucri toto quicquid in orbe patet.

fol. 15 r II 9:

135.

Roma sitit; siciensque bibit, bibit atque bibendo
Plus bibit et sitit et bibit et sitit et siciendo
Non minuetur ei sitis inmensę rabiei,
Ni prius in Roma distillent aurea poma.

Gedruckt v. Wackernagel, Zeitschr. f. deutsches Altertum, VI 303.
1 Roma bibit sitit.
1. 3. 4. wiederholt in anderem Zusammenhange, fol. 142 r I 8. 1. 3. 4. in Cod. Einsidl. 34, fol. 2 v II.

fol. 15 r II 13:

136.

Ilia sub nigra iacet ilice, dantque soporem
Umbra, canor, murmur, frondis, oloris, aquę.
Mars venit, implet eam; tumet Ilia, Protea querit.
Romulus et Remus latet in te, frater et hostis;
Sternit ad extremum Romulus ense Remum.

3 prothea.

fol. 15 r II 9:

137.

Versus de geminis languentibus.

Roma duos habuit — res est, non fabula vana,
Auctores perhibent et pagina Quintiliana —
Fuderat ut geminos labor unus parturiendi,
Sic fuerant similes forma specieque videndi,
Et sic miscuerat color unus utrumque decorum,
Quod vox sola foret discretio sola duorum.
Quos ita naturę manus ingeniosa potentis
Finxerat ex anima vel corporeis elementis,
Ut meminisse queat nichil in rerum genitura,
Cui sit tantus honos vel tam speciosa figura.

Die längste Fassung ist hg. v. Fierville (Notices et E. 31 I 126—129 = O), aus der schon Pertz (Archiv VIII 408) bekannten Hs. v. St. Omer 115 saec. XIII f. 92 r. Lesarten einer Wienerhs. (Hofbibl. 609 = hist. prof. 154 saec. XIII f. 43 = V), die nur 68 Verse bietet, teilte E. Dümmler mit (N. Archiv XXIII 207).

languntibus Z. Gemini languentes O. De duobus fratribus V. 2 Vgl. Quintil. declam. VIII. 3 Fugerat non Z. Fuderit O. percutiendi Z. 4 spetieque Z. 5, 6 nach 14 V. 6 Ut vox V. sola] una O. solum discrimen eorum V. 7 Quos sic O. 9 Ut reperire queas V. 10 honor O V.

Hos tamen excoluit elementis sic moderatis,
Ut nichil esset eis de labe superfluitatis.
Turpis ad hos puer ante Jovem qui pocula ponis,
Turpis eras Memnon, et tu quoque turpis, Adonis.
Felicique diu vixisset uterque iuventa,
Ni foret ante diem sibi lux vitalis adempta.
Sed rota fortunę, nunquam rarove fidelis,
Non sinit, ut vivat homo longo tempore felix.
Cum velit humanę pacem turbare quietis,
Invehit infirmis mala corporis, invida letis.
Sic igitur, sicut similes parilesque fuere,
Sic paribus fatis incepit utrumque movere
Una mali species, eadem natura doloris,
Unus quippe modus et eisdem scilicet horis.
Qui nunc ergo genas et nunc ornaverat ora,
Et color et sanguis secessit ad interiora;
Quinque iacent sensus in corpore mortificati,
Cernere vix possunt oculi languore gravati.
Non valet escarum guttur sentire sapores,
Non sentit tractanda manus, neque naris odores,
Surdescunt aures et deficit usus earum;
Sic ablata iacet rerum natura suarum.
At pater inde dolens implorat opem medicorum,
Et venere duo: Grecus fuit alter eorum.
Ergo per urinas et venis sepe notatis
Querunt, unde fluant tantę mala debilitatis.
Sed nec in urinis vel pulsibus inspicientes
Morborum causas potuerunt scire latentes.
Falluntur medici, perit et sollertia Greca;
Sevit adhuc morbusque latens et passio ceca.

12 nicih̄ Z. 11, 12 fehlen O V, dafür hat O folgende Erweiterung:
Finxit, et intuitis pede, mento, nare, capillis,
Tunc magis artificem sese cognovit in illis,
In quibus expressit tanti moderaminis artem,
Quod neutri voluit minus aut magis addere partem.

13 ponit Z. 14 Turpis ad hos Mennon V. eris m̄non Z. Nach 14 erweitert O: Plurima cum desint felicibus ad sua vota,
Fluxit ad hos solos rerum profectio tota.

15 Feliciterque Z. 17 raro nunquamve V. 19, 20 fehlen V. 19 Dum venit O. 21 pariles similesque O. Sicut enim pariles annis specieque fuere V. 22 incipit O. 23 Una mala mali species Z. 24 Hisdem quippe modis O V. 25, 26 fehlen O. 25 ergo über d. Linie Z. 27 iacens V. 28 cenere V vix] non O. langore Z. 29 guttus O (?) saporem O V. 30 contracta manus V odorem O V. 31 Surdę sunt Z. 32 ablita Z oblita O oblata V. 34 uene Z. 35 ergo Z über der Linie. Inde O. 35, 36 fehlen V. 37 vel] nec V. 38 poterant reperire V. 39 periit sollercia V.

„Quis modus his morbis? quis finis ad hos cruciatus?"
Sic pater ad medicos; respondet uterque rogatus:
Cum simili morbo videamus utrumque gravari,
Causa latet morbi, neuterque potest relevari,
Ni prius alterius in visceribus videamus,
Quis sit et unde fluat dolor; unde modo dubitamus.
Tunc pater, hec fieri cernens opus atque necesse,
Maluit unius quam nullius pater esse.
Ergo dedit medicis quemcumque magis voluerunt.
Membra secant, sedemque mali per viscera querunt.
Inveniunt causamque mali morbumque latentem;
Sic alium curant simili languore iacentem.
At mater, gavisa parum de sospite nato,
Semper in alterius nati dolet anxia fato,
Et plangens alium velut a genitore necatum,
In ius, in causam patrem trahit ante senatum.
Femina, sicut erat magis ad lites animata,
Sic prior inquit: „Eram geminorum prole beata;
Nunc peto, quod minus est mihi de numero geminorum,
Quem pater extinxit et iniqua manus medicorum.
Ferro, non morbo periit puer ille peremptus,
Cum sua fortassis curaret utrumque iuventus.
Eger erat, dicunt; tamen ex hoc non morietur,
Cum suus ex ipso frater morbo relevetur."
Responsurus ad hec surgit pater atque profatur,
Seque parat verbis legalibus ut tueatur,
Femineę sortis satis ostendens levitatem,
Dum, modo damna videns, nec tendit ad utilitatem:
„Ni videant medici prius unius interiora,
Curarent neutrum, sed utrumque trahat gravis hora.
Arguor, unde magis posset laus nostra venire;
Nam minus est unum quam binos velle perire.

41 morbi V. 42 respondit V. 44 posse Z. 46 Qui sit V dolor inde O. morbus de quo V. Nach 46 erweitert O:

Quilibet ut pereat, unum redimet medicina;
Si geminis parcas, geminos trahet una ruina.

47 At pater O V. hoc O id V. 49 dedit medicis] de quo medicis Z, dato medicis Wattenbach N. Archiv XVI 653. 50 causamque mali V. 52 curat Z. Sic curant alium O. langore Z. 53 At genitrix O V. parum] nichil O. 55 Ergo gemens alium O. 56 Iuris in causam Z. 58 incipit O erat V. 59 Hunc O. qui minus O V. michi V. mihi modo O. genitorum V. 61 non non V. 61, 62 nach 64 O V. 62 curasset O V. 63 dic̄ Z dices V dicet O. 63 suus a simili morbo frater V. 65 hoc O. 66 legaliter Z (wohl Lesefehler des Schreibers). 67 Feminei sexus satis ostendis O V. lenitatem V. 68 dampna vides O V. neque O. tendis O V. 69, 70 fehlen O V. 70 ut'que Z. 71, 72 fehlen O. 71 poterat V. 72 minoris Z. duos Z.

Si duo contingant aliquando pericula dura,
Ex illis facimus minus et levius nocitura.
Res ut facta fuit et disceptatio talis,
Diffinivit eam sententia iudicialis.

73 Et si contingant quandoque V. 74 minus aut O. 74 uocitura V. 75 ut undeutlich Z (aus nec). 76 Difinivit Z. sentētiā Z, doch corr. In O folgt ein nicht hieher gehöriger Spruch: Cum te pacificum, der in der Hs. St. Omer 710 f. 118 ^{r} für sich steht.

fol. 15 $^{v\ II\ 27}$:

138.

Phylosophia, dole! sed tu Dyalectica sola
Pre cunctis doleas orba Galone tuo!
Flet genus et species, flent argumenta Galonem;
Exstinctum florem flet genus et species.

3 flēnt. argum̄ta.

fol. 15 $^{v\ II\ 31}$:

139.

Astrictas portas qui tendis ad atria celi,
Quem dorso portas gippum depone cameli!
Aspice quam leve sit per acum transire camelum;
Non levius poterit dives conscendere celum.

1 Angustas Z, durch überges. Astric verb. 4 concendere.

fol. 16 $^{r\ I\ 1}$:

140.

Ut faceret raptum, tempus dum quereret aptum,
Traxit ab archanis fercula nostra canis.
Ille canis nequam; si rem perpenderet equam,
Nostrę quinta rei pars satis esset ei.

1 attum.

fol. 16 $^{r\ I\ 5}$:

141.

Obdita pontifici dum porta patet meretrici,
Prelatus domui dat documenta sui.

fol. 16 $^{r\ I\ 7}$:

142.

Hunc decet heredem, qui talem possidet edem,
Esse dei memorem, qui donat et auget honorem.

fol. 16 $^{r\ I\ 9}$:

143.

Munio munit opes: sed opes, quas munio munit,
Muniat alter homo sicque sit absque domo.

fol. $16^{r\ I\ 11}$: **144.**

Invide! livide! callide! pallide! post hęc:
Horride! sordide! turgide! perfide! post hec:

Aspide sevior esque rapatior angue rapaci,
Exiciosior atque voratior igne voraci.

Tu nimis horrendus, plus apri dente timendus
Tu contemnendus, cunctis exosus habendus.

Manibus es dandus, in stercore tu tumulandus,
Tu condemnandus, diasictes tuque vocandus.

Hęc furiose, pernitiose promeruisti:
Nam vitiose, luxuriosę vivere scisti,

Ergo tibi cura sit mansio queso futura,
Et tua passura sit mens quam plurima dura.

Hocque maris vallo rogo vivas absque metallo
* * * * * * * * * * * * * *

Et ferat eventus diros omnis tibi ventus!
Omnis conventus maledicat teque iuventus.

Nach 4 nochmals: Perniciosior esque rapatior angue rapaci. 10 cisti.

fol. $16^{r\ I\ 27}$: **145.**

§ Si lapis est unus, dic, qua sit arte levatus;
Si lapides bini, dic ubi contigui.

146.

§ Serius aut citius sedem properamus ad unam.

fol. $16^{r\ I\ 30}$: **147.**

Nunc aries cęlum quia vellere vestit amenum,
Lux crescit solis: crescant et gaudia nobis!
Ver reserat flores: nostri geminentur amores!
In nostra mente revirescant florea Tempe!
5 Dulcia tractemus sponsalia, festa paremus!
Nostri sermones gratos meditentur amores!
Plectricanis chelis pedibus distinctaque senis,
Psalle cicada!
Primus Adam costa produxit federa nostra

Insignis veris conformans os mulieris.
Femina iuncta viro fuerat carnalis origo,
Postquam de primo steterant primordia ligno.
Nupta parit virgo, sine partu dicta virago.
Mater erat prima, peperit que corpore viva.
P(salle) cicada!
Primus Adam primo fuit aspera mortis imago;
Suaserat hec Eva, male suasa cupidine seva,
Pro vetitoque cibo truduntur de paradyso.
Heu male providit, qui fedus mortis inivit.
Alter Adam venit, qui nos de morte redemit.
Virgo Maria parit, quis talia mira creavit?
Sicca fuit tellus: rorabat sanguine vellus.
Pro mundi vita patitur dum Christus iniqua.
Sol obscuratur et Phebus contenebratur,
Agnus dum gratis fuit insons hostia patris.
Hic pariat nobis flores specialis amoris.
Hoc ut servetur, ne noster amor violetur.
Plectricanis chelis pedibus distinctaque senis
Psalle cicada!
Corpore prestantes profudit terra gigantes,
Bello famosos ac artibus ingeniosos,
Qui per virtutem cęli petiere cacumen;
Magnifico more durantes in Babylone;
Leges scripserunt, ex se reges genuerunt;
Cantica dant verbis, adiungant cantica nervis;
Tunc, cinxit primus ex quo perizomata ficus,
Orbem terrarum penetravit mors animarum.
Ut referunt scripta, tunc terra fuit maledicta.
Qui male vixerunt, ideo cuncti perierunt
Absque Noe solo, cum quo servantur et octo.
Illos multarum fons baptizavit aquarum.
Parcere delictis dominus vult mente relictis,
Crimina si feda retegit confessio vera.
Per penas diras ulciscitur et Sodomitas,
Turpis peccati magna qui mole gravati
Funditus eversi sunt ac in Tartara mersi,
Unde procul nobis sint federa turpis amoris.
Luxus erat rebus Pharaonum quippe diebus,
Copia Judeis, stabilis pax et Chananeis.
Nilus inundabat, segetes ac terra creabat;
Panis erat mollis, caro fervescebat in ollis.
Eruta gens curis, hominum tunc vita salubris;

24 Phebos Z. 35 adiungunt Z, durch übergcs. a corr. 47 sint zugesetzt üb. d. Linie Z.

Nunquam letus erit, qui mortis iura timebit.
Iam Moyses primus primę virtutis amicus,
Quem specie munda Nili generaverat unda,
Humanę vitę scripsit primordia rite,
Quo formante cibos consperserat azima Nilus.
Ac victus dampna vincunt rorantia manna.
Idem potavit sexcentaque milia pavit.
Regibus Hebreis fuit observatio legis;
Gentes vicerunt, se vincere non potuerunt,
Humano more dum vexarentur amore.
Sic Adonyas, sic periit prefortis Urias;
Par mors illorum, sed dispar causa duorum;
Nos exempla bona conforment ad meliora.
David peccavit, quia sic inpurus amavit.
Quid tum? ploravit: plorando crimina lavit.
Mox fuerat istus. Sub cuius tempore Christus
Semper habens esse processit germine Iesse.
Quem sine matre pater, genuit sine semine mater.
Magna nimis omnem confregit viribus orbem
Tocius mundi dominatrix Roma rotundi,
Esset ut omnis homo liber sub Cesare solo.

53 timebit iura Z, doch b. a. darüber.

fol. 16 v I 33:

148.

Avertens vultum noli transire sepultum,
Sed precibus dominum fac sibi propicium!
Heu! mortis portam quis claudet semper apertam,
Quę rapiendo probos devorat et reprobos?
Heu! cinis et vermis, quid in ista carne superbis,
Que similis fumo cuncta reponit humo?
O! qui, dum vixit, vivendo deum benedixit
Votaque tunc voluit reddere, dum potuit.
E contra multi, quos claudit porta sepulcri
Achles, nunc siccas multiplicant lacrimas.
Quorum vox sterilis circumtonat atria regis,
Pulsant per gemitus nec datur introitus.
Qui legis hec verba, miserere iacentis in urna;
Et sic esto sibi, ceu tibi sint alii.
Lex nostrę sortis exposcit debita mortis,
Omnis ut, unde meat, spiritus huc redeat.
Dic, deus hunc redimat, ac alta pace quiescat,
Adsignato crucem, cum benedicis! Amen.

1 Avertē, darüber rot do. 3 portas — apertas corrig. durch darübergesetzte tam. 5 Glosse: i. e. vita. 8 dum tunc, aber dum gestrichen. 9 sepulcrhi. 10 Achles unverständlich.

fol. 16$^{v\,II\,17}$: **149.**

I a) Hyemale
tempus vale! estas redit cum leticia,
I b) Cum calore,
cum decore, que estatis sunt indicia.
II a) Terra floret,
sicut solet; revirescunt lilia;
II b) Rosę flores
dant odores; canunt alitilia.
III a) De terrę gremio
rerum pregnatio progreditur
et in partum solvitur vivifico calore.
III b) Nata recentius
lenis Favonius sic recreat,
ne flos novus pereat Treicio rigore;
III c) Herbis adhuc teneris;
et blanditur eteris temperies;
ridet terrę facies multiplici colore.
IV a) Herba florem,
flos humorem, humor floris
flos humoris generat materiam.
IV b) Sementiva
reddunt viva, reddunt culta
fruge multa et promittunt copiam.
V a) Fronde sub arborea
filomena * * * dum meminit
et definit, sic imperat natura
recenter conqueri
de veteri iactura.
V b) Mens effertur letior;
oblectando glorior, dum iaceo
gramineo sub arbore frondosa
riparum margine.

Teilweise bekannt gemacht von Duméril, Poésies pop. lat. du M. âge (1847) 232. 14 pereat novus Z, mit b a darüber. 17 calore Z.

fol. 17$^{r\,I}$ — 21$^{r\,24}$: **150.**

Iusticię frenis frenes effrenia gentis . . . (= V. 235—835).

Die unten auf fol. 16$^{v\,II}$ stehenden Worte Salomonis proverbia weisen hin auf das durch Ausschneiden von 2 Blättern hier verstümmelte Werklein des sonst nicht bekannten Arnulfus, der unter dem im Werk selbst erwähnten Titel Cleri deliciae die Spruchweisheit der Salomonischen Bücher nach dem Vorbilde der Catonischen Disticha bearbeitete und erweiterte. Vgl. Gröber,

Grundriß d. roman. Philologie II 1, 383; Huemer, Hugo Ambianensis Einl. p. V. Der Text ist von Huemer nach Cod. Vindob. 388 s. XII und Harleianus 3222 s. XI—XII (Vgl. Pertz Archiv VII 80 u. 1004) abgedruckt in Roman. Forschgn II 211—246 mit Nachträgen II 383—390; Varianten unserer Hs. VI 417—423. Weitere Handschriften dieses jedenfalls als Schulbuch gebrauchten Spruchbuches weist Huemer Rom. F. II 213 nach; das schon von Bethmann im Pertzschen Archiv VIII 408 erwähnte Bruchstück (v. 697—792) im Codex von Saint Omer 115 findet sich nach Ch. Fierville Notices et extraits 31 I 88 fol. 41 r.

fol. 21 r II 25: **151.**

Siqua mihi scribis, ne cuiquam scripta revelem,
Cum prece, cum lacrimis, Hugo, monere soles.
Ne timeas! nunquam per me secreta patebunt;
Cum relego, nequeo scire quid ipsa velint.

Gedruckt bei Hildebert 1369 = 171, 1446. 4 quod Z. Nochmals fol. 41 v II 28—31 (4: quid).

fol. 21 r II 29: **152.**

In noctem prandes, in lucem, Turgide, cenas,
Multimodoque mades nocte dieque mero.
Cumque cuti studeas, uxorem ducere non vis.
Cur nolis? dicis: vita pudica placet.
Turgide! mentiris; non est hec vita pudica.
Vis dicam, quid sit vita pudica? Modus.

Gedruckt bei Hildebert 1353 = 171, 1427; vgl. Riese, Anthol. Lat. II, p. XXXI; findet sich im Hortus deliciarum der Herrad; vgl. Dreves in Zeitschr. f. kathol. Theol. 23, 641.

fol. 21 v I 1 — 31 v I 16: **153.**

Forma honestę vitę.

Moralium dogma philosophorum per multa volumina dispersum tuo quidem, vir optime et liberalis, instinctu contrahere conabar . . . . . .
. . . . cuncta cernentis.

Ut mens castretur, liber iste monere videtur.

Minus ex crastino pendebis (darüber it), si hodiernam manum inieceris.

Explicit de honesta vita.

Neben dem Anfange steht auf dem Rande der ausführlichere Titel: Tractatus de IIII or virtutibus cardinalibus, scilicet: prudentia, iusticia, fortitudine, temperantia. Unser Text, der leider eine Lücke von 2 Blättern aufweist, weicht oft von den Drucken ab (Hildebert 961—998 = 171, 1007—1056; Mag. Philippi Gualteri ab Insulis . . . liber qui dicitur Moralium dogma recens. Thor Sundby, Havniae 1869). Hauréau (Notices et extr. 33 I 257—263 = I 100—108) hat es wahrscheinlich gemacht, daß wir als Verfasser dieser weitver-

breiteten Blumenlese von klassischen, biblischen und patristischen Aussprüchen den Philosophen Guillaume de Conches (c 1080—1154) betrachten dürfen. Auch in unserer Hs. wird der Adressat nur allgemein bezeichnet. Es kann daher nicht als erwiesen gelten, dass diese Schrift an Heinrich II. von England gerichtet war (vgl. H. Böhmer in Realenc. f. prot. Theol. und Kirche[3] VIII 70). Über Wilhelm de Conchis vgl. Prantl, Gesch. d. Logik im Abendlande II 127, 94; Ueberweg-Heinze, Grundriß d. Gesch. d. Philos. II 168 u. 200; Hauréau, De la philos. scolast. I 288—294.

Die Autoren werden in Z meist nur mit dem Anfangsbuchstaben ihrer Namen bezeichnet, die oft nicht mit den Angaben in den Drucken übereinstimmen; Kapitelüberschriften stehen meist auf dem Raum zwischen beiden Kolonnen. Einen Anstoß zu einer kritischen Ausgabe dieser in mehrfacher Hinsicht interessanten Abhandlung gab Ant. Zingerle: Zu Hildebert und Alanus (Sitz. Ber. der philos.-philol. und hist. Cl. der k. bayr. Akad. der Wiss. 1881 I 298—313), wobei er die benutzten Autoren zusammenstellte.

fol. 31 v I 17: **154.**

1. Nulla caritas ita plena est, ut aucmentum non capiat. Nulla enim assiduitas animum amantis explere potest.
2. Raro aut numquam subsequitur laudabilis et honesta senectus, ubi numquam precessit nisi reprehensibilis et turpibus viciis involuta iuventus.
3. Non est necesse voluntariis obsequiis adhibere aculeos exhortationis.
4. His vicibus humanę res mutantur, ut defectui aliquando succedat ubertas et ubertati defectus.
5. Qui opibus iuvatur, non laudatur. necessarium mağ donum quam iustum premium videtur adipisci.
6. Cavendum est, ne magnificentia in superbiam excrescat, et ne humilitas in vilitatem deficiat.
7. Qui confidit in homine, harundineo innititur baculo.
8. Sicut luna ceteris stellis est lucidior, ita sapientia cunctis virtutibus est prestantior. Hac enim pauperes ditantur, humiles sublimantur, obscuri clarificantur.
9. Cuique sibi digna placent: Sui lutum lectus est et asino dulcescit carduus suus.
10. Nichil differt, utrum egrum in ligneo, vel in aureo lecto colloces. Quocumque illum transtuleris, secum trahit morbum suum; sic nichil differt utrum eger animus in divitiis vel paupertatibus ponatur, quia respectu presentię secluditur a thesauro memorię.
11. Qui indignos ornat, non ipsos honestat, immo ipsa ornamenta deturpat.
12. Munda debet esse manus, que aliorum sordes detergere vult.
13. Nemo excessus aliorum debet reprehendere, nisi in semetipso non inveniat, quod possit corrigere.
14. Serpentino more videntur agere, qui, dum lingua lambunt, cauda feriunt.

15. Oportet ut se irreprehensibilem exhibeat, qui vitę alterius perscrutator efficitur.
16. Radices litterarum amarę sunt, fructus vero dulces; sed qui abhorret radicis amaritudinem, non gustabit fructuum dulcedinem.
17. Nil magis nocivum indoctis discendi negli[g]entia.
18. Nil minus decens provectis fatigatione perveniendi ad ulteriora.
19. Nil contumeliosius tabescere oc[c]ulte mordacitatis invidia.
20. Nichil est, quod non expugnet pertinax opera et intenta diligens cura.
21. Dubitatur an sit beneficium, cum dilatio animum cruciat.
22. Solatio leniendus est animus, quotiens oblata protelantur.
23. Sapientis opus est utiliter differre, que sine periculo culpę non possunt anticipari.
24. Hęc duo animus docilis et amans disciplinam notet: quantum crudelitas potestati obsit, quantum clementia prosit.
25. Felicem te iudica, cum te parietes tui tegunt, non abscondunt; quos plerumque circumdatos nobis habemus, non ut tutius vivamus, sed ut oc[c]ultius peccemus.
26. Memento pauca legere, eademque sepe, ut aliquid inde elicias, quod menti tuę reponas.
27. Qualescumque sumus, morte coequat humus.

fol. 32 r I 1 — 34 r I 29: **155.**

Passio s. Agnetis virginis.

Agnes sacra sui calamum scriptoris inauret,
Linguam nectareo conpluat imbre meam!
Ut laus Agnetis cunctis eluceat, eius
Texere martirium litera nostra parat.

Gedruckt bei Hildebert 1249 = 171, 1307—1314 aus Casp. Barth, Adversarior. commentar. l. XXX 13, p. 1449—1453. Migne P. L. 203, 1387—1392 entnimmt den Text der Ausgabe des Philippe de Harveng, abbé de Bonne-Espérance. Die meist namenlos (nur Cod. Charleville 190 nennt Hildebert) überlieferten Verse bilden einen Bestandteil der von Petrus Riga († 1209) dem Erzbischof Samson von Reims gewidmeten Auswahl seiner Gedichte (Floridus aspectus), so daß Hauréau (Notices et E. 29 II 361 und 31 I 98) sie mit Recht diesem fruchtbaren Dichter als Eigentum zugewiesen hat. Von den zahlreichen Hss. des Floridus aspectus hat Hauréau (Le Mathematicus de Bernard Silvestris et la Passio sanctae Agnetis de Pierre Riga, Paris 1895) nur Paris bibl. de l'Arsenal 1136 f. 49 und bibl. nat. 4214 s. XII. f. 100 zur Herstellung des Textes benutzt (H). Namenlos findet sich die Vita s. Agnetis in Vatic. Reg. Christ. 344 fol. 56 r als letztes Stück (vgl. Pertz Arch. XII 276; Notices et Ex. 29 II 360); ohne Autornamen auch im Cod. Bern. 710 s. XII f. 75 r — 80 v (B): die Kapitel (Barth zählt 13) sind darin durch § bezeichnet. Die zahlreichen Bearbeitungen dieser einst beliebten Legende verzeichnet die Biblioth. hagiogr. Lat. ed. Bollandiani I 26—28.

Incipit passio sancte Agnetis virginis. B (rot).

1 pennam B H. 3 Eius martirium metricis describere (depingere H) tempto B H. 4 Versibus (Floribus H) ut doceat passio scripta fidem B H.

Floruit urbs Rome premissę virginis ortu,
Et velut a speculo tota refulsit humus.
Orta puella novo respersit lumine Romam
Inclita stirpe, decens ore, decora fide.
Ut stellas sepelit radians vibratio lunę,
Sic socias roseo virgo decore premit.
Tot dotes in eam naturę gratia fudit,
Quod quasi mendicans post sua dona fuit.
Astra, ligustra, rosas imitatur, reddit, adequat
Ignea, clara, rubens, lumine, fronte, genis.
Prefulgent oculi velut astra, caput velut Yris,
Frons quasi nix, facies ut rosa, dens ut ebur.
Preter tot specula dotis prefulgida cunctis
Nobilior fidei gemma beavit eam.
Virgo quidem sexu, vir in actu, flava capillis,
Sensu cana, brevis corpore, magna fide.
Pro fidei titulo cum Romam purpurat eius
Passio, post decimum tertius annus erat.
Que dum de studiis reditum parat, heret in illam
Lumine prefecti filius; illa placet.
Alliciunt iuvenem flos oris, lux oculorum,
Frontis luna, genę purpura, dentis ebur.
Intuitum iuvenis decor iste reverberat, intus
Vulnerat, inde sibi pabula sumit amor.
Curarum murmur in pectore serpit amantis,
Pulvere fuscata lux rationis hebet.
Succinctusque dolis, verbis et munere carnis
Lilia virgineę carpere temptat amans.
Hanc prece tangit amor, donis adit, arte fatigat
Nil prece, nil donis, nil amor arte valet. fol. 32 r II
Predia promittit, formam iactat, genus offert;
Non habuere locum predia, forma, genus.
Hic amat, hec odit; hic supplicat, illa repugnat;
Ille dat, hec spernit; hic cupit, illa negat.
Omnis conspirat rabies ad dampna pudoris,
Sed manet absque nota floridus ille pudor.
Stat pudor inmotus, fit amans delusus, amantis

6 velud hoc sp. B H. 7 terram. vel Romam. B. 8. decēs Z. 9 umbratio Z. 10 p̄it = preit (?) B. 11 ea Z. 13 imitatur] unitura Z. 17 dotum specula H. sp. dotum B. ditis Z, durch übergeschr. o corr. 23 reditus Z H. illa B. 25 Illiciunt uenerem B dazu am Rande: vel iuvenem. 26 lana Z H. 27 ille B. 29 serpit, amoris H. amoris Z, darüber amantis. 30 Vulnere B. 31 murmure B Z. 33 Hanc prece tang Z. Rest der Zeile leer. amans B. 34 Nil prece nil donis Z, Rest der Zeile leer. 35 effert B H. 39 in damna H. indigna B. 41 amans| amor B H.

Sauciat auditum talibus illa sonis:
O turbo pacis! o dux necis! o pudor orbis!
Supprime verba, moras rumpe, recede procul!
Quid das? quid speras? quid stulte seris? sine lucro
Munera sunt, sine re spes, sine messe labor.
Me ligat alter amans, quem preponit tibi stirpis
Nobilitas, formę gratia, culmen opum.
Ex cuius digitis gemmas mihi vendico, cuius
Ex oculis lumen, cuius ab ore favum.
In thalamis eius, in mensis eius, in aulis
Eius, plectra canunt, mel fluit, ostra micant.
Ridet, olet, garrit, flos, thus, avis eius in hortis;
Ridet flos, redolet thus, citharizat avis.
Hic est, de cuius specie lunę rota, solis
Circulus, astrorum flamma stupere solet.
Lunares radios et solis fulgur et omnes
Celi candelas cereus iste premit.
Omnia stellarum preclara monilia sumunt
Ex eius speculo quicquid honoris habent.
Hic mea ditavit armillis brachia, pectus
Cristallis, collum torque, decore genam,
Cyclade membra, manum gemmis, sertis caput, aures
Saphiris, mensam nectare, flore thorum.
Hic est, qui celum stellis, qui gramine terram,
Aëra ditavit alite, pisce fretum.
Cuius odor, cuius tactus, cuius decor, egros
fol. 32 v I Sanat, defunctos suscitat, astra premit.
Isti me voveo, sponsalia debeo, mentem
Subdo, servitium prebeo, servo fidem.
Qui nulla niveum denigrat labe pudorem,
Sed casto castum servat amore decus.
O casti sponsi celebris dignatio, cuius
Oscula casta, sacer tactus, honestus amor.
Hunc sequor, hunc fateor, hunc nocte dieque frequento;
Mente sequor, fateor ore, frequento prece."

Finis erat verbis, iuvenem torquet furor, angit
Cura, dolor cruciat, fraus agit, urit amor.

42 Sautiat Z. 44 Subprime B. 47 Ne H (Druckfehler?). p̄poñt B. praeponunt H. 48 flumen opum B. 49 Ex eius B. 49 vindico H conparo B. 50 favus Z. 51 talamis Z. 52 astra B Z. 53 ortis B Z. 54 cytharicat Z, mit z über dem zweiten c. 56 solent B H. 59 Omnia] Cetera B undeutlich, daher am Rande ·/ cetera. 60 speculo] radiis B. 61 braca Z. 62 genas H. 63 Ciclade B. 63 capud B. 64 Sapphiris H. 65 stellis celum B. 70 servicium spondeo B. 72 castum casto H. 77 iuvenem fraus agit, urit amor Z. 78 cruciat, torquet furor, angit Z, doch sind die Versschlüsse durch Zeichen richtig gestellt. 78 fax agit, unit amor B.

Cedit, abit, morbum simulat, totamque furoris
Illecebram febris nomine velat amans.
Febrim mentitur pectus, gena, lumen; anhelum
Fit pectus, gena fit pallida, lumen hebes.
Consulto medico didicit pater omnia, nato
Blanditur, temptat viscera, spondet opem.
Surgit abitque preces instillans virginis auri,
Astipulans precibus aurea dona suis.
Dando, precando nichil venantur presidis artes;
Pondere dona carent, devehit aura preces.
Federis insigne, quod primo debet amanti,
Candor virgineus se violare negat.
Quis sit amans, cuius Agnes colludat amori,
Prefectus famulum consulit; ille docet.
Indicat hic tanta delusam fraude puellam,
Ut se cum Christo fedus inisse putet.
Totus in hanc vocem iudex hilarescit et Agnem
Patribus insinuat hac necis esse ream.
Nam, quia famoso rutilabant nomine patres
Virginis, inferre vim sine lege timet.

Ut Christi servos Romanus puniat ensis,
Lex erat; hac iudex palliat arte scelus.
Hanc igitur iussit furor offeri sibi; votum
Iussis arridet; virgo vocatur; adest. fol. 32 v II
Lenit et increpat hanc, modo blanditur, modo terret,
Nunc pluit ille preces, nunc tonat ille minas.
Sed nec rore precum sinceras polluit aures,
Nec mentem tonitru concutit ille suo.
Iudex expertus se litus arare, vidensque
Mentiri domino semina, prodit in hęc:
„Si tuus ille pudor velit hunc servare pudorem,
Vt celebres Vestę sacra, necesse tibi est.
Illas Vesta petit, quas candor floridus ornat,
Virgineas querit virginis ara manus“.
Hec reddit virgo: „Lapidi non supplico, lignum
Non vereor, Vestam nescio, sperno deos.
Vestra quidem Vesta lapis est, quam nomine falso

79 Ledit Z. 80 velat] celat B. 81 Febrem H. hanelum B. 82 Est pectus B. 82 ebes Z. 84 viscera] vulnera Z. 86 Adstipulans H. 87 p̄siditis B. 88 dona] verba Z. 93 tanta = Z, m rad. 95 ad hanc B H. Agnae H. Agnes B. 96 hanc B H. 97 Non Z. Sed B. 101 Hac Z. 101 vota Z. 102 Iussit B Z. 104 tonat] pluit Z. 105 n; = neque B. 108 hoc B. 109 tenorem H. 110 celebres] nov't B. 111 Illos V. p. quos B. floribus Z B. 112 ara] illa B. 114 Exit in haec H. Exit in hoc B. 114 veneror B H.

Vobis mentitur aurea forma deam.
Non aliquo deitas insigni consecrat illam,
Non aliquem sensum vita ministrat ei.
Huic desunt manuum tactus, linguę sonus, auris
Auditus, frontis visio, naris odor.
Nec carne est palpans, nec fronte videns, nec odorans
Nare, nec auscultans aure, nec ore loquens."
Iudex inquit ad hec: „Etas pro te puerilis
Supplicat et pene protrahit illa moram.
Sed sterili verbo quid tempora fallimus? ecce
Quę iubeo duo sunt; quod libet, illud age!
Aut sacra iussa feres aut scortum facta pudoris
Incurres maculam, tota sacrata reis."

Illa viri mentem responso vulnerat isto:
„Falleris, et sterili vomere litus aras.
Candorem fidei nec carbo polluet arę,
Nec carnis florem polluet ullus amans.
Christus utrumque sibi corpusque fidemque sacravit
Servans a macula corpus, ab hoste fidem.
Vir meus iste quidem, custos meus et meus auctor; fol. 33 r I
Vir mentis, custos corporis, auctor opum.
Christus enim lux est, spes et medicina suorum;
Lux cecis, miseris spes, medicina reis.
Hoc duce me certe nec frangit pena, nec ensis
Terret, nec vincit fraus, neque turbo quatit.
Hic est, qui lucem Phebea lampade ditat,
Et lunę speculo noctis honorat iter;
Hic croceo flore ridentes purpurat hortos,
Fronde nemus crispat, messe decorat agros.
Ut brevibus verbis hunc depingam tibi; noscit
Omnia, disponit singula, queque potest.
In titulos eius quam lata sit area, lingua
Volvere, mens scire, scribere penna nequit.
Cum meus iste Jesus tot dotum fulgeat auro,
Vestros nobilitat gratia nulla deos.

116 Mentitur vobis H. 118 Nec H. 121 Carne nec est B H. 122 ascultans B. 124 Suplicat Z. prothait B. 125 quid] cur B. 129 responsis Z, durch Ras. u. übergeschr. o corr. vulnera Z. 131 n; B. pollu; B, ebenso 132. 133 locavit B. 135 ille B. 135 actor B, ebenso 136. 136 costos Z, durch übergeschr. u corr. 137 spes est, lux et B spes est, m. suorum est H. 138 Spes miseris, cecis lux B. 140 turbo, mit a über o Z. rapit B. 141 phebeo B. 142 Qui lune B. speculum, mit o über um Z. 143 Qui B H. 143 purpurat agros Z. 144 agrum B. 145 haec H. novit B. 146 singula] secula B. queque] cuncta B H. 147 fit Z, darüber sit. 149 tot dotis f. aurum Z. virtutum f. a. B.

Dii vestri nec carne vigent, nec mente moventur,
Nec vita spirant, nec deitate virent.
Gressu — non pedibus —, sensu — non corpore —, tactu
— Non manibus —, verbis — non tamen ore — carent."

Fax eius vocis in flammam suscitat iram
Presidis, ad facinus conpulit ira virum.
Agnem deludi, tradi lenonibus, uri
Verbere, nudari vestibus ira iubet.
Paretur; nudat manus inpia veste puellam;
Intuitum fallit nuda puella tamen.
Crini virgineo se gratia tanta refudit,
Ut totum corpus crinis obumbret honor.
Tam celebris novitas animum lenire furentis
Non potuit, nec eum causa pudica movet.
Sed nova preceptis addens calcaria servos
Instimulat cumulans post data iussa minas.
Ergo minas sequitur effectus; cepit ad edis
Inpure caveam virgo pudica trahi.
Eius ad ingressum tenebras et nubis odorem fol. 33 r II
Funditus emergit cella maligna foras.
Angelico Christus cellam fulgore serenat;
Luminis auctorem lumen adesse probat.
Angelus hic, lux hic, odor est hic; consecrat antrum
Angelus; irradiat lumen; adimplet odor.
Virgo preces fundit; non fallunt vota precantem;
Iam sacra per membra stola refulget ibi,
Que sic mensurę carnis respondet, ut ipsam
Angelicam credas hic studuisse manum.
O! felix Christi dignatio; quo duce tantas
Luxurię sirtes transnatat ille pudor.
Nullus eam delusit amans, sed lucis adorans
Vibrantes radios quisque redibat ovans.

Iam iuvenum torpebat amor; cum criminis auctor
Advolat huc iuvenis, ad sua vota celer.

151 nec mente vigent, nec carne B H. 152 nitent B H. 155 Fas Z. huius B H. in flammam conpulit B. 157 Agnam H. deludit B. nudari Z. tradique leonibus B. 161 se] sic B. refundit H. refulsit B. 162 honos B. 163 levitas Z. animum novitas B. mollire B H. 164 Non] 9 = Cum B. 165 praeteritis H. servo Z. 167 cepit ad] conputat B mit ·/· am Rande. 169 Cuius H. nubis] sordis B H. 170 emungit B H. 171 cellam Christus B. 172 actorem B H. 173 lux hic] ibi lux B H. odor est ibi B H. 175 nec H. 176 Ut sacra membra tegat palla refulget ibi B H. 177 ipsae H. ipse B. 178 credas obstuduisse fidem B. 180 sirtes] mentes Z. iste B. 181 deludit B. odorans B. adorant Z. 182 Umbrantes Z. 183 Sed B. iuvenem torquebat B Z. actor B. 184 vota] dampna B.

Ingressusque locum sociis distergitur, antrum
Solus init cinctus arte, furore, dolo.
Liminis ingressu vix uti ceperat, eius
Verberat intuitum lucis imago sacrę.
Spernit amans niveum decus et nullius honoris
Impertit titulo tam speciale iubar.
Ignarusque morę medii fulgoris abissum
Impetit et propius imperat ire manum.
Cumque sacram manuum vellet lascivia carnem
Tangere, mors illum sustulit ulta nefas.
De reditu iuvenis comitum spes fallitur; ille
Non redit, hunc retinent conpede fata suo.
Cur tantum reditus iuvenilis torpeat, unus
De sociis cellam consulit, antra petit.
Dumque vago cellam perlustrat lumine, funus
Offendit, socios advocat, orat opem.
Affluit huc omnis iuvenum lascivia, clamor
Exoritur, resonant murmura, corda stupent.
Fama novi casus patris aurem vulnerat, ille
fol. 33 v I Territus advolat huc, urbe sequente virum.
Indulget lacrimis oculus, cor cura molestat,
Tingitur imbre gena, scinditur ungue coma.
Ora, locum, mentem, perrorat, concutit, urit,
Lacrima, lingua, dolor, fusa, sonora, gravis.
Extinctum florem iuvenilis corporis Agne
Fraudibus assignat vox lacrimosa patris;
Imputat huic facinus, veluti si virgo fuisset
In iuvenis mortem sortibus usa suis.

Intulit hec Agnes: „Erras, si sortibus usam
Nostram credideris in tua dampna manum.
De tanta segete iuvenum cur angelus ultor
Messuit hunc solum, congrua causa patet.
Perstrinxit mentes iuvenum lux ista, sed huius

185 Ingressus Z. distinguitur, darüber ergitur Z. disiungitur B H. 187 Luminis B. ceperat uti B, doch durch übergesetztes II und I verbess. 188 ingressum B. 189 amans durch übergesetztes e zu amens geändert Z. niveum] tantum B H. 189 ut Z. 190 Impeciit Z. 190 spiritale B. 191 spendoris B. 192 imparat Z, durch übergeschr. e verbess. ira Z. 193 vellet manuum B H. 194 scelus B H. 195 Dum Z. iuvenis reditu B. 198 petit] subit B H. 199 collustrat B. funus] presens Z. 200 Ostendit B. sotios Z. 202 strepunt B H. 203 aures sauciat B. 206 ymbre Z. cinditur B. 207 Mirra Z. 210 Assignat fraudibus B, durch übergeschr. II I richtig gestellt. 211 h[c] Z. si tota B. 213 Für Erras, si sortibus usam ist in Z der Rest der Zeile leergelassen. 217 iuvenum mentes B.

Mentem non tetigit luminis huius odor.
Qui dum me graviter impura tangere dextra
Nititur, inclusit ultio digna nefas."

Preses in hec: „Natum mihi si cum luce resignes,
Sermoni pondus res dabit ista suo."
Virgo sub hec: „Opus hoc meritis non debeo vestris;
Discrepat a vestra gratia tanta fide.
Sed quia tempus adest, ut Christi candida virtus
Prodeat in lucem, quod petis, illud habe.
Huic igitur cellę se subtrahat ista iuventus,
Ut magis in precibus sim studiosa meis."

Dixit. Ad hanc vocem subito foris evolat omnis
Flos iuvenum; fundit virgo beata preces.
Arridet precibus votorum gratia; surgit
Mortuus affirmans ydola digna face.
Huic sonat in lingua Jesus, illi Christus in ore
Est favus, in corde lumen, in aure melos.

Res nova templorum cultores incitat, urit
Mentes cura, timor concutit, ira cremat.
Omnes in solam conspirant, hanc nece dignam fol. 33 v II
Clamant et magicis artibus esse ream.
Patris pertemptant animum pro sospite nato
Gaudia, sedatur seva doloris hiemps.
Iam torpet rabies, iam detumet unda minarum,
Iam dare vult veniam, iam parat esse pius.
Parcere vult flori niveo, nisi lex, nisi vulgus
Et nisi pontificum turba repugnet ei.
Vincitur his pietas, tantarum turbine rerum
Victa, nec ad finem mens pia duxit opus.
Nubilus inde tamen abit hic onerans et honorans
Aspasium legis iure suoque loco.
Ad populi nutum deflectens iuris habenas
Iniuste tractat presidis ille vices.

218 honor B H. 219 Qui me dum B. 220 exclusit B H. ulcio B. 221 ad haec H. natum si nunc mihi B. resignas B. 223 meritis opus hoc B. vestis Z, nostris B. 224 tanta gr. vestra H. 225 tempus] Christus B. 226 hab'e Z, doch corr. 227 Hunc Z. se fehlt Z. 232 idola B H. 233 H^c Z, am Rande huic. 234 in ore melos Z H B, doch ändert B^2 durch übergeschr. au. 235 excitat B. urit] urget H. 236 timor] dolor B. 239 pretemptant B. 240 hyeps B. 243 lex] plebs Z. 244 turbo Z. resistat H. 245 his fehlt B. 246 Victa] Fracta B H. 246 ducit B. 247 Nubilis Z. hinc H. 248 legum B H. 249 habenam B. 250 iudicis H.

Quem dum vulgaris rabies de morte molestat
Virginis, imperat hanc ignibus ille dari.
Implendo sceleri sacrifex accingitur, ignem
Suscitat, astipulans arida ligna foco.
Sulphuris auxilio ieiunus pascitur ignis;
Fervet et exundat unda cruenta nimis.

O scelus! illa caro, que nullum senserat ignem
Illecebrę, mediis ignibus esca datur.
Nil tamen egit in hanc presens conbustio, vires
Est oblita suas nescia flamma sui.
Non est ausa suis in virgine viribus uti,
Sed quasi conpatitur et miseretur ei.
Porro viros quosdam, qui flammam sulphure pascunt,
Igneus involvit in sua iura globus.
Que stupeo, duo sunt: ibi dux nequam, pius ignis;
Arbiter iniustus iustaque flamma fuit.
Ignescit sacrifex in penas virginis, ignis
Frigidus est et iners, nilque caloris habet.
In flammę medio, nimbo respersa superni
Nectaris, his Agne vocibus usa fuit: fol. 34 r I

„Christe tibi laudum refero preconia, vota
Persolvo, grates offero, fundo preces.
Cuius dulcedo, cuius dilectio, cuius
Gratia, nutrit, amat, tutat ab hoste suos.
Te duce tortoris contempsi lora, caribdim
Luxurię, flammę vim, iuvenumque minas.
Inter tot syrtes mihi factus es anchora, nullum
Te duce naufragium pertulit ipse pudor.
Pro te Christe, tuli tot amara, sed ecce labori
Digne respondent premia iusta meo.
Iam, quę speravi, teneo; video, quod amavi;
Tango quod optavi, sortior id quod emi.“
Oris virginei vox ad Christum volat, eius
Nares respergens thuris odore sui.

252 ignibus hanc inperat B. 254 astipulas Z. arrida B. rogo H. rogo Z, darüber foco. 255 axilio B mit übergesetzt. u. 256 unda] flamma B H. 257 noverat B. 258 Illecebrem B. 262 miseratur B. 264 iura] dapna B. 267 pœnam H penam B. 268 habens B. 269 nimbi Z. 270 Agnes B H. 271 laudis B. 274 nutrit] munit B H. tutat] servat H suo Z. 275 contempsi tortoris B H. caripdim B. 277 sirtes B. 278 iste B H. 280 modo Z, wahrscheinlich falsche Auflösung einer Abkürzung in der Vorlage. 281 que] quod H. Iam teneo quod speravi B. 282 optavi, munus adepta dei H.

Post eius vocem sic tota molestia flammę
Torpuit, ut nusquam viveret eius odor.
Ignis, non ausus igitur spirare, furorem
Deponit, perdit vim, reprimitque minas.
Turbam conturbat nova signi gratia; signum
Vidit et invidit plebs fremitumque dedit.
In scelus Aspasium plebs urget; ut ergo cruorem
Innocuum gladius ebibat, ille iubet.
Maturat facinus tortoris dextera, penam
Esuriens armat cuspis acuta manum.
Virgo cruore suo lictoris inebriat ensem;
Sanguinis effusi purpura pingit humum.
Agnetis meritum triplex insigne uenustat;
Munda caro, rosea passio, certa fides.
Agnum, qui mundi peccatum sustulit, istis
Virtutum titulis vendicat Agna sibi.

285 Ad cuius H. 286 ut non iam B. eius] ignis B. 287 Non audax igitur ignis spirare B. 293 penas B. 294 cuspi≡ ≡s Z, di rad. 296 tinguit B. 297 triplex] t^{i} = tibi B plebs B. Nach 298 schiebt H ein:
Virginis huius erat, quod habent haec tempora raro,
Mens sincera, manus munda, pudica caro.
299 Agnus Z. 300 vindicat H. Explicit B Z.

fol. 34 $^{r\ I\ 30}$—35 $^{v\ I\ 18}$: **156.**

De Susanna uxore Ioachim.

Hactenus arrisit Susannę gratia formę,
Hactenus in populo floruit eius honor.
Schluß: Hęc meruit titulos, hi meruere crucem.

86 Disticha: die Anklagerede der Greise und die Verteidigungsrede des Daniel im Prozeß der Susanna. Gedruckt bei Hildebert 1231—1236 = 171, 1287—1291. Aus Handschriften der Aurora des Petrus Riga (bibl. Mazarine 592) hat diese Plaidoyers (89 Disticha) ausgehoben Hauréau (Notices et E. 29 II 352—358). Unser Text scheint der überarbeiteten Fassung des Stückes nahe zu stehen, die Petrus in seinen Floridus aspectus (bibl. de l'Arsenal 1136 fol. 17) einschob.

fol. 35 $^{v\ I\ 19}$—35 $^{v\ II\ 20}$: **157.**

Vtilibus monitis prudens acommodet aurem.
Non leta extollant animum, non tristia frangant.
Dispar vivendi ratio est, mors omnibus una.
Nunquam sanantur deformis vulnera famę.
Naufragium rerum est mulier malefida marito.
Tu si animo regeris, rex es: si corpore servus.
Proximus esto bonis, si non potes optimus esse.

Audit quod non vult, qui pergit dicere quod vult.
Iuris servitium defer: sic liber haberis.
Paulisper laxatus amor decedere potest.
Splendor opum sordes vitę non abluit umquam.
Mortis imago iuvat somnus; mors ipsa timetur.
Stulte, quid est somnus, gelidę nisi mortis imago?
Quanto maior eris, tanto moderatior esto!
Alta cadunt odiis, parva extolluntur amore.
Divitię trepidant, paupertas libera res est.
Dissimilis cunctos vox, vultus, vita, voluntas.
Labitur ex animo benefactum, iniuria durat.
Sepe dolor sicut lacrimas et gaudia fundunt.
Tristibus afficiar gravius, si leta recorder.
Quid cautus caveas, aliena exempla docebunt.
Condit fercla famis, plenis insuavia cuncta.
Doctrina esse fructus dulcis, radices amarę [!].
Cum accusas alium, propriam prius inspice vitam!
Qui vinci sese patitur pro tempore, vincit.
Dum speras servis, cum sint data premia sevis.
Nemo ita despectus, quin possit ledere lesus.
Ille etiam gravius nocet, quem tempnere possis.
Quod metuis, cumulas, si velas crimine crimen.
Consilii regimen virtuti corporis adde.
Cum vicia alterius satis acri lumine cernis,
Ne tua prospicias, fis verus crimine cecus.
Haut homo captandus, quando est in crimine casus.
Fac quod te par sit, non alter quod mereatur.
Suffragium laudis quod fert malus, hoc bonus odit.
Aspera perpessu fiunt iocunda relatu.

Teilweise gedruckt bei Marbod 1634 = 171, 1735; Anthologia Lat. recens. Riese II 163 nro. 716; Poetæ Lat. minores recens. Baehrens III 236. Unser Text scheint der Überlieferung im Cod. Vatic.-Palat. 239 sehr nahe zu stehen. Vers 13 findet sich nur in Z. Die Quelle desselben (Ovid, de sine titulo = amores II 9, 41) nachzuweisen, gelang nur mit Hilfe mittelalterlicher Verzeichnisse von Synonymen; moderne Lexika versagten den Dienst.

4 deformes Z, durch übergeschr. i corr. 17 Dissimilis vultus cunctos Z, doch vultus gestrichen. 22 ferda Z. 28 9tempere Z.

fol. 35 v II 21:

158.

a) Turbat hiemps florem, nox lucem, larva decorem,
Ariditas rorem, sata nimbus, fetor odorem.
Tristicies risum, labor ocia, stix paradisum,
Noctua pavonem, lupus agnum, Davus Adonem.

1 hienps Z, doch corr.

Nochmals fol. 152 v II 8 mit vertauschtem Schluß in 1 (f. o.) und 2 (l. d.) Gedruckt bei Hildebert 1369 = 171, 1446.

b) Ex Ade costis Ade datur uxor et hostis.
Auch fol. 152 v II 13.

c) Non eadem est ratio sentire et demere morbos;
Sensus inest cunctis, tollitur arte malum,

1 est zugesetzt; auch fol. 152 v II 18 (ratio est).

d) Paulus, Aristotiles, Plato, Tullius hic fuit unus,
Quadruplici studio quatuor unus erat;
Trans hominem, citraque deum, plus hoc, minus illo.
Nescio quis neuter inter utrumque fuit.

Wiederholt fol. 152 v II 22.

e) Petra Petri corpus capit hec, animam petra Christus;
Sic sibi partitur utraque petra Petrum.

Diese Grabschrift findet sich schon gedruckt Neues Archiv VI 537, aus Cod. Lat. Monac 22227 (geschr. 1146—1196) (= M). 1 cineres tenet M. 2 divisit M.

fol. 35 v II 34:

159.

Est tibi Saturne domus Acherontis et urnę,
Inde Iovi dona pisces simul atque Schirona.
Est aries Martis et acutę scorpio partis;
Libram cum tauro Venus ambit purior auro.
Occupat Erigonem stilbon geminumque Laconem;
Cesserunt soli, cancer lunę, leo soli.

Findet sich auch im Graecismus des Eberhardus Bethuniensis VII 32—37 (ed. Wrobel p. 24); in Cod. Vatic. Reg. Christ. 344 vgl. Notices et Extr. 29 II 320; eine andere Hs. führt Wattenbach, Zeitschrift f. dtsch. Alterth. XV 482 an.

fol. 36 r I 6:

160.

a) Vir prudens astu, vir simplicitate columba,
Deposito fastu sepelitur paupere tumba.

Auch fol. 152 v I 2.

b) Ludit in humanis divina potentia rebus
Et certam presens non habet hora fidem.

Qvd̄ mit falscher Initiale; ohne diesen Fehler fol. 151 v I 30.

c) Omne quod est rutilum nomen non inpetrat auri;
Omne quod est niveum non imitatur ebur.

Auch fol. 151 v II 4. Von Petrus Riga, De Susanna 7f.

d) Post hominem vermis, post vermem fit cinis, eheu!
Sic in nonhominem vertitur omnis homo.

Der erste Vers soll von Adam v. S. Victor herrühren, der sich die Grabschrift selbst dichtete; vgl. Gautier, La littérat. cathol. et nationale 218.

fol. 36 r I 14: **161.**

a) It capra, fertur holus, redit hec, lupus it, capra fertur.

Item.

b) It capra, transit holus, redit hec, lupus it, capra rursus.

a) Gedruckt: N. Archiv II 402; Wiener Stud. II 300 n. 4.

fol. 36 r I 16—36 v I 7: **162.**

Eine ungeordnete Reihe von 60 Versen über grammatische Dinge, die entweder wörtlich oder in etwas abweichender Fassung im Doctrinale und im Graecismus sich wiederfinden, und so den Beweis leisten für die Angabe des Alexander de Villa dei, daß er manches in seinem Doctrinale seinen Lehrern verdanke.

a) Aio, sisto, fero, tollo, ferio, furo, cerno
Septem sunt numero preteritisque carent.

Vgl. Doctrinale 998 f.

b) Porticus, Egyptus, sinodus, cristallus, abissus,
Dyptongus, nardus, colus, incus, collus [!] et alnus
Hec sunt articulo subdita femineo.

Vgl. Doctrinale 654 ff.

c) Flagito, posco, peto, moneo, doceo, rogo, celo
Induo, cumque precor, interrogo, vestio, cingo
Accusativos ista regunt geminos,
Et cum passivis iungitur unus eis.

Vgl. Doctrinale 1265—1268.

d) Quero, peto, cupio, sapiunt, accesso, lacesso,
Hec in preteritis, perfectis atque supinis
Observant quartam, quamvis non sint ea quartę.

Vgl. Graecismus XVIII 26—28.

e) Flat, volat et pugnat Vulturnus, stillat et undat.

Letzter Vers eines bekannten Rätsels, Hagen, Carmina 213; Anzeiger f. Kde. d. dtsch. Vorz. 1872, 14; Hauréau, Notices et Extr. 29 II 330.

f) Si lapis est et homo, Socrates, concluditur: ergo
Nec lapis est nec homo, qui lapis est et homo.

g) Voce Satan, pluma seraphim, cervice draconem
Gressu furtivo designat pavo latronem.

Auch fol. 151 v I 13.

fol. 36 v I 8:

163.

Canonicum qui canonice me canonicastis,
Canonicum non canonice decanonicastis;

Est reprobum reprobare probum, ceu me reprobastis;
Sic reprobos, reprobando probum, vos esse probastis.

Eine etwas abweichende Form der dem Primas von Orléans zugeschriebenen Verse, die Hauréau Notices et E. 29 II 261 u. 33 I 223 = II 215 aus Cod. bibl. nat. 13468 fol. 131 und 16252 fol. 15 veröffentlicht hat:

Canonici, cur canonicum, quem canonicastis
Canonice, non canonice decanonicastis?
Est reprobum reprobare probum, quem vos reprobatis,
Sic reprobos, reprobando probos, vos esse probatis.

Vgl. Delisle le poète Primat (Bibl. de l'éc. des ch. 1871) 3; Delisle, Les écoles d'Orléans 15; Delisle, Notes s. quelq. mscr. de Tours (Bibl. de l'éc. d. ch. 1868) 14; Paul Meyer, Archives des missions hist. 1868 p. 180.

fol. 36 v I 12:

164.

§ Forma refert Paridem, manus Hectora, sensus Ulixem;
His tribus ille tribus non tulit esse minor.

fol. 36 v I 14:

165.

§ Wido de Crema, Iohannes sint anathema.

fol. 36 v I 15:

166.

Numquid peccavi, numquid male gramatizavi
Scismatici pravi, quod nomen scismaticavi.

fol. 36 v I 17:

167.

Virtus nobilitat animum; virtute remota
Migrat in exilium nobilitatis honor.
Migrat in exilium ratio, se linea iuris
Obliquat, sevus cum dominatur amor.

1 und 3 nochmals fol. 73 v I 22.

fol. 36 v I 21:

168.

§ Ut cecus videat, ut claudus surgat, ut infans
Garriat, ut pateant nubila, Bache, facis.
Letificat tristes tua vis, locupletat egenos,
Et, qui nulla sciunt, omnia scire facis.

Auch fol. 152 r I 13 (z). 1 quod claudus saltet z. 4 nullā Z.

fol. 36 v I 25: **169.**

§ In cratere meo Thetis est sociata Lieo;
Non valet hic vel ea, nisi cum fuerint pharisea.

In Notices et E. 29 II 252 und 331; Carm. Bur. 233 ist der Witz in 2 Distichen zum Ausdruck gekommen, die Hauréau für ein Erzeugnis des Kölner Primas hält.

fol. 36 v I 27: **170.**

De cathegoricis syllogismis.

Non quidam, non omnis, non nullus habetur.

4 Zeilen.

fol. 36 v I 32: **171.**

§ Firmatur omne io ve sat firmatur particulare [!]

6 Zeilen.

fol. 36 v II 4: **172.**

a) § Composita a capite -ceps in -cipitis genitivant,
Sed -ceps a capio in -cipis faciunt genitivos.

5 Verse.

fol. 36 v II 9:

b) § Cantat hirundo. sugit hirudo. vernat harundo.

fol. 36 v II 10:

c) § Maior in imparibus pars in se multiplicetur;
In paribus media maior ducatur in illam;
In duplis precedenti coniunge supremum.

d) § Inpar parte sui maiori multiplicatur;
Parte sequens media si parim fine tenetur. [!]

e) § Optat inexpertum novitatis amica voluptas.

f) § Bestia crudelis malus est animus mulieris.

g) § Voti conpos erit, qui que sunt congrua querit.

h) § Si vellem vere, scirem bene versificare.

i) § Os, quod mentitur, animam iugulare probatur.

k) § Eloquium sanctum super aurum fit preciosum.

fol. 36 v II 22:

l) Vt Salomon fatur, os vulvę non saciatur.

m) Clauditur ad dandum vola, panditur ad capiendum.

n) § Ast occulus quintus vitulum si viderit intus,
Post occulum quintum scire putes populum.

o) § Devolvente rota fetet Polonia tota.

fol. 36 v II 26: **173.**

Querela monachi.
§ Condicione nova mihi dantur quatuor ova,
Hęc nova conditio prodiit ex vicio.
Responsio abbatis.
Si tibi prebemus leto vultu quod habemus,
Dicas esse satis, quia conferimus tibi gratis.

Zu 3, 4 vergl. Florileg. Gotting. 32 und den Nachweis von Ernst Voigt, Roman. Forsch. III 285.

fol. 36 v II 30: **174.**

a) § Hic dabitur gotewez cunctis venientibus aschez. [!]

b) Ibimus absque mora, sed qua nescimus in hora.
Mortis ad inperium non valet ingenium.
Ecce satis scimus, quod non evadere quimus;
Et quid erit finis? vermis et inde cinis.

Vgl. Wackernagel, Altd. Pred. 253.

fol. 37 r I 1: **175.**

Ade peccatum quę conveniens aboleret
Victima? numquid homo? sed et hic reus, unde placeret?

18 Hexameter über die auch vom h. Anselm behandelte Frage: Cur deus homo? Gedruckt bei Hildebert 1332 = 171, 1406; Mangeart, Catal. des mscr. de Valenciennes 129; Hauréau, Notices et E. 28 II 324 = Mélanges 50; vgl. Hauréau V 233. Fierville, Notices et E. 31 I 117 (Cod. St. Omer 115): Molinier, Catal. des mscr. de la bibl. Mazarine I 345.

fol. 37 r I 19: **176.**

Tollimur e medio fatis urgentibus omnes
Et trahimur quo nos vita peracta vocat
Hii nunquam, hii semper, alii plectuntur ad horam,
Purgatisque datur transitus ad requiem. u. s. w.

9 Disticha. Gedruckt Hildebert 1149 = 171, 1192, vgl. Fierville, Notices et E. 31 I 116.

Wattenbach druckte sie Neues Archiv VI 450 aus Cod. 31 der Ministerialbibliothek zu Schaffhausen ab; Hagen, Catalogus 123 weist sie in Cod. Bern. A 91 nach.

fol. $37^{r\ II\ 3}$:

177.

Offerimus tibi Christe duas; sed propter eosdem
Oblatę pariter non operantur idem.

8 Disticha als Fortsetzung des oben behandelten Gegenstandes. Gedruckt bei Hildebert 1150 = P. L. 171, 1193; Wattenbach, Neues Archiv VI, 450.

fol. $37^{r\ II\ 18}$:

178.

Celum, terra, chaos, distinctio trina locorum
Functos excipiunt pro iudiciis meritorum.

Valde namque bonis celo datur esse perhenne
Egregieque malis cito redditur ira gehennę.

His, qui sunt neutrum, sed sunt tamen inter utrumque,
Traditur in terris qualis purgatio cumque.

Certis namque locis cruciantur frigore quedam,
Quarumdam flammis terrori crimina quedam.

Per mare, per terras agit has labor inrequietus,
Quarum nonnullis solet apparescere cetus.

Has que sunt valde precibus non posse iuvari,
Si quisquam dubitet, valet hac ratione probari.

Nam prece deleri nequit inferni cruciatus,
Nec meliorari precibus super astra locatus.

Restat ut hos tantum prece conmendare velimus,
Quorum per penas purgari crimina scimus.

Gedruckt bei Marbod 1579 = P. L. 171, 1675. 1 distincio Z. 5 Egreique Z. 11 His Z, doch corr. 13 nequid Z.

fol. $37^{r\ II\ 34}$:

179.

CVCV.

§ Vocalem mutę quintam suppone secundę,
Sillaba nomen avis, si geminetur, erit.

fol. $37^{v\ I\ 1}$:

180.

In natale sacro sacre sollemnia missę.

Gedruckt oben 115 p. 45. Weitere Nachweise über diese Verse geben Hauréau, Notices et E. 28 II 357—361 = Mél. 100; Fierville, Notices et E. 31 I 116, der sie dem Petrus Pictor zuschreibt.

fol. 38 r I 7: **181.**

In matutino damnatur tempore Christus,
Quo matutini cantantur tempore psalmi.
Quando resurrexit primam canit ordo fidelis;
Tertia cum canitur, tunc est cruciamina passus.
Sexta sunt tenebrę per mundi climata factę.
Est missus Nona divinus spiritus hora.
Vespere clauduntur Christi sacra membra sepulchro.
Christo bissena custodia ponitur hora.

Häufig vorkommende Verse; z. B. in der Sterzinger Misc.-hs. Wiener Sitz.-ber. 54, 317 (S); Anzeiger f. Kde. d. dtsch. Vorz. I 106; Cod. Bern. 710 fol. 62 v (B). 1 dapnatur B. 3 Quum S. 5 sunt facte tenebre per climata mundi B. 6 Est missus Z, durch übergeschr. E zu Emissus corr. Redditus est S. 7 Clauduntur sero Chr. s. membra sepulcro B; diese Variante fügt Z am Rande bei. 8 bissena] septena S.

fol. 38 v I 15 — 39 r I 9: **182.**

DE ORNAMENTIS VERBORUM.

Versificaturo quedam tibi tradere curo
Scemata verborum studio celebrata priorum,
Quę sunt in prosa quoque non minimum speciosa.
Si potes his veluti gemmis aut floribus uti,
Fiet opus clarum velut hortus deliciarum,
Quo diversorum flagrantia spirat odorum,
Nec deerit fructus florum de germine ductus;
Mens auditoris persuasa nitore coloris.
Sed si forte rudis vix dum vulgaria cudis,
Cum sibi res multas petat hec et queque facultas,
Prima prius disce, fias ut idoneus hisce.
Parvis imbutus temptabis grandia tutus.
Exemplis igitur quia sic bene res aperitur,
Singula monstravi, per singula pretitulavi
Nomina cum glossis, quibus hec dinoscere possis.

Schluß: EXPLICIUNT RHETORICĘ FLORES.

9 Sed forte Z.

Diese unter Marbod's Werken 1588—1596 = 171, 1687—1692 gedruckte Mustersammlung von rhetorischen Figuren entbehrt hier der in V. 15 erwähnten Glossen, d. h. der prosaischen Erklärung, die in andern Hss. die Verse zu begleiten pflegt; vgl. Fierville, Notices et E. 31 I 88; Hauréau VI 128; Gröber, Grundriß d. rom. Philol. II 1, 388. Z weist gegenüber dem Druck manche bessere Lesart auf; und sogar eine Erweiterung:

Item Conplexio.

Qui sunt, qui rerum studio moriuntur? avari.
Qui sunt, qui propriis misere potiuntur? avari.
Felices igitur minime dicuntur avari.

[redacted]

fol. 39 r I 10: **183.**

Vive memor memoris! preciosi gemma decoris,
Hisque nota ceris, qualia mente geris!

Sind wohl Begleitverse zu einer Schreibtafel gewesen.

fol. 39 r I 12: **184.**

In partes istas post quinque reversus aristas
Vis a me scribi carmina pauca tibi.
Carmina pauca quidem sed dulcia cum cupis idem,
Mixti more cibi poscis utrumque tibi.
Quod petis ecce damus, quia quod petis hoc et amamus,
Ut carmen breviter per leve currat iter.
Quodviscunque volo, quod non vis hoc quoque nolo,
Et, quod ego nolo, te quoque nolle volo.
Dilato lęto per tempora multa valeto,
Concedantque citum fata tibi reditum.

Gedruckt bei Marbod 1618 = 171, 1719.
1 quippe, darüber V annos Z. 3 dū c̄ Z, aber dū gestrichen.

fol. 39 r I 22: **185.**

§ Dum pedes incedit volucris, nova gramina ledit;
Quo valet ergo volet, gramina ne violet.

Gedruckt bei Marbod 1618 = 171, 1719.

fol. 39 r I 24: **186.**

§ Qui puero parcit, leve cor pinguedine farcit;
Qui flagra continuat, pingue cor extenuat.

Gedruckt bei Marbod 1623 = 171, 1724.

fol. 39 r I 26: **187.**

Quod non sit mors corporis metuenda.

Ligna voluptatis plantaverat apta beatis
Ade proviso dominus deus in paradiso.
„Cetera“, dixit, „ede, sed ab hoc ut ab hoste recede!“
Et tetigit ficum: „nimis hoc erit“, inquit, „iniquum,
Si propter ficum tibi me facies inimicum.
Quod si gustaris, sequitur simul, ut moriaris.
Qui vult morte mori de ficibus applicet ori!“
Forte die quadam mulier sua venit ad Adam,
Ex eius costis mulier plasmata, sed hostis.

Vultu conposito venit placitura marito,
Ut quod suaderet cicius suadere valeret.
Ille iacebat humi, quo posset ab arbore sumi
Dependens fructus, nostri primordia luctus.
Coniugis a leva recubans tunc incipit Eva
Pectore iam pleno serpentis ab ore veneno:
„O mi", dixit, „homo! cernis, quę gratia pomo?
Cernis, quam vescam se nobis ingerit escam
Per manifesta foris spondens occulta saporis?
Preterea quare vellet deus ista vetare
Poma tibi tantum numero de fructificantum,
Ni cibus iste daret, dare quod deus ipse negaret?
Arborei fętus festina mandere lętus
Quam tibi do partem!" Mulier seducta per artem
Demonis inscitum seduxit et ipsa maritum.
O selus amborum! Numero crescente malorum
Exulat a pago paradisi tota propago.
Et clamat: Ve! ve! successio flebilis Ęvę.

Gedruckt bei Marbod 1573 = P. L. 171, 1668; Hagen, Carmina 167. In Cod. St. Omer 115 nachgewiesen von Fierville, Notices et E. 31 I 117.
6 gustaris, -ve- zur Erklärung übergeschr. Z. Plectore eam Z, durch Ras. corr. 21 quę Z, corr.

fol. 39 r II 20:

188.

Palea.

§ Sic non est igitur mirum, quod quisque moritur,
Ut non est mirum, quod mandit Bruno butirum,
Quod Normannigenę potu saciantur avenę,
Quod nostros enses formidant Pictavienses.

Gedruckt bei Marbod 1573 = P. L. 171, 1668: Hagen, Carmina 168.

fol. 39 r II 24:

189.

AD MONACHVM DETRACTOREM; quod nullus sit desperandus, dum vivit.

Nec te velle puto, nec te Gaufride saluto;
Nam, cum sis purus et forsitan abba futurus,
Nos velut extorres regni cęlestis abhorres.
Sed qui peccati nimio sunt fasce gravati
Si convertantur, non solum fasce levantur,
Sed vitę mundę cumulo ditantur abunde.
Larga dei pietas nescit sibi ponere metas;
Te non consulto cui vult miseretur inulto,
Quem vult indurat; sine te deus omnia curat.
Cumque sui iuris fuit, iusti cum perituris

Premia cum pęnis rectis moderatur habenis.
Sed quia nescimus, donec sine corpore simus,
Quem deux a dextra, quem ponere destinet extra,
Securus nemo vivit de fine supremo,
Nemo securus, in qua sit parte futurus.
Nam cum penalis transgressio fit generalis,
Cui vult ignoscit; a quo vult debita poscit
Verax et clemens, dampnans et crimina demens.
Dignus erat latro primum cruce, deinde baratro;
Premia pro pęna dedit illi gratia plena.
Angelicam vitam duxisse ferunt heremitam
Nescio quem, pannis non usum pluribus annis
Nec panis victu, nec aqua — mirabile dictu —,
In culpam tandem lapsum semel ut puto grandem,
Iuste dampnatum pena comitante reatum.
Ergo — parce, precor, — dum tolleris ipse per ęquor,
Ventis iactatam verbis lacerare carinam.

Gedruckt bei Marbod 1575 = P. L. 171, 1670; Hagen, Carmina 168 nach Cod. Bern. 702 s. XI—XII fol. 27 v und 710 s. XII f. 61 v. 5 levantur auf Rasur Z. 10 fuit über d. Zeile zuges. Z. 19 cruce fehlt Z. 24 culpa Z. pute Z.

fol. 39 r I 18:

190.

CONMENDATIO VIRGINITATIS et castitatis.

Ut flos in pratis sic gratia virginitatis
In muliere bona; maribus quoque prima corona,
Ad res corruptas quos non trahit ulla voluptas.
Proxima castorum laus est virtutis eorum,
Qui semel experti nolunt ad feda reverti.
Tertia non talis prior est et proxima qualis,
— Sed pars virtutis tamen est et causa salutis —
Scilicet illorum, qui post grave flagitiorum
Adsuetumque malum retrahunt a crimine talum.
O bone Messia! de virgine nate Maria!
Quam sunt felices, quibus hoc, mitissime, dices:
„Inter virgineas sit portio vestra choreas,
Cum quibus est ęquum me, quas et pergere mecum“.
Hos quoque mercedis ratio discernit ab hedis,
Quos vita munda decoras in morte secunda.
Ultimus o utinam nostram regat ordo carinam
Ad vitę portum, paradysi scilicet hortum,
Quem colit ęterno gaudens per gramina verno
Gens felix, cum qua, si non rosa, sim saliunca!

Marbod 1561 = Migne P. L. 171, 1653. Hagen, Carmina 170. 4 castor Z. 13 ęqum Z. 15 munda vita Z, durch übergeschr. b a corr.

fol. 39 $^{r\ II\ 4}$:

191.

Nulla meos hostes similis fortuna sequatur!
Siquis amicus erit, hac prosperitate fruatur!

fol. 39 $^{v\ II\ 6}$:

192.

Ad virginem devotam.

Splendidior stella simplex et munda puella,
Quam deus elegit, quam nulla libido subegit,
Fac, ut cepisti, quod mundo displicet isti:
Sperne leves curas et res adtende futuras,
Disce placere deo summo potitura tropheo!
Nil de presenti castę sit amabile menti,
Nec sibi sit durum quantum cito preteriturum:
Rebus in humanis labor exercetur inanis,
Nec longum gaudet, qui turpe quid improbus audet.
Quod modo blanditur perit, ad loca tetra venitur;
Quod modo contristat a fletu postmodo distat.
O! miserum risum, quo perdit homo paradisum!
O! lacrimas letas, quas longa remunerat ętas.

Gedruckt bei Marbod 1562 = 171, 1654. 6 sit castę Z, durch b. a corr.

fol. 39 $^{v\ II\ 20}$:

193.

Mundi salvator, celi terręque creator,
  Qui regnat summi dives in arce poli,
Annuat hic requiem patri, vitamque perhennem;
  Et faciat sanctis associare suis.
Nec non et nostri pociantur luce perhenni!

4 facia Z.

fol. 39 $^{v\ II\ 25}$:

194.

Oratio pro animabus defunctis.

Summe pater Christi, qui semper es atque fuisti.

22 Hexameter; gedruckt bei Marbod 1578 = P. L. 171, 1674.

fol. 40 $^{r\ I\ 13}$:

195.

CONSOLATIO LVGENTIVM.

Auxilium Christi vultu rogat anxia tristi
Ex Bethania comitata sorore Maria.

27 Hexameter; gedruckt bei Marbod 1577 = P. L. 171, 1673.

fol. 40 r II 8:

196.

Item consolatio lugentium.

Sicut ad ima redit, quicquid locus infimus edit
Et liber finis non valet esse cinis,
Sic res esursum veniens petit ethera rursum.

6 Disticha; gedruckt bei Marbod 1619 = P. L. 171, 1720.

fol. 40 r II 21:

197.

Descriptio vernę pulcritudinis.

Moribus esse feris prohibet me gratia veris,
Et formam mentis mihi mutuor ex elementis;
Ipsi naturę congratulor, ut puto, iure:
Gramineum vellus superinduxit sibi tellus,
Distingunt flores diversi mille colores.
Fronde virere nemus et fructificare videmus,
Aurioli, merulę, graculi, pieci, filomenę
Certant laude pari varios cantus modulari;
Nidus non nullis stat in arbore non sine pullis,
Et latet in dumis nova progenies sine plumis.
Egrediente rosa viridaria sunt speciosa;
Adiungas istis campum, qui canet aristis,
Adiungas vites, uvas quoque postmodo mites,
Et ludos iuvenum, festumque diemque serenum.
Qui tot pulcra videt, nisi flectitur et nisi ridet,
Intractabilis est, et in eius pectore lis est.
Qui speciem terrę non vult cum laude referre,
Invidet auctori, cuius subservit honori
Bruma rigens, estas, autumnus, veris honestas.

Gedruckt bei Marbod 1616 = Migne P. L. 171, 1717. 7 Auriobi Z, durch Ras. corr. 9 nullus Z, doch corr. 19 riens Z.

fol. 40 v I 7:

198.

Dissuasio venerei amoris.

Egregium vultum, modica pinguedine fultum,
Plus nive candentem, plus quam rosa verna rubentem,
Sidereum visum, spondentem mollia risum,
Flammea labrorum liba bina subtumidorum,
Dentes candentes modicos seriemque tenentes,
Membraque cum suco, moresque bonos sine fuco
Illa puella gerit, que se michi iungere querit.
Hanc puer insignis, cuius decor est velut ignis,
Diligit, hanc aptat, huic se placiturus adaptat.

Qui puero spreto me vel mihi mandat, aveto!
Et mihi blanditur; quia respuo, pene moritur.
Si fecisset idem mihi turpis femina pridem,
Ad venerem motus fierem lascivia totus;
Pectore nunc duro nec eius oscula curo;
Oscula plena bonis lascivę perdicionis,
Illecebris quorum capitur captator eorum.
Verba titillantum blandissima dulcia tantum,
Ut flectant mentem silices ferrumque gerentem.
Sed mea, dum crescit, flecti vesania nescit;
Oscula qui sperno, spernens tamen oscula cerno,
Verbaque blanda sonis animum motura spadonis;
Quod quamvis cernam, non possum quin ea spernam.
Durius est ferro telum, quo saucius erro.
Vires alterius viciis fomes necat huius.
O! res digna nota! dat amor contraria vota:
Luxurię vicio castissimus ecce ego fio;
Quod duros mollit, hoc molliciem mihi tollit.
Quid sibi vult, queso, quod amoris cuspide leso
Displicet ipsa venus? quis avarus spernere fenus,
Quis lucra mercator, quis fruges vovit arator?
Versa natura versantur pristina iura;
Si cibus inpastum facit, et lascivia castum,
Si metus audacem, si mens secura fugacem,
Talis multimodi’ sunt huius vincula nodi.
Sed regnum sathane vexat dissensio plane;
Et si divellit, dum culpam culpa revellit,
Regnum virtutum servat concordia tutum.
Est igitur satius, ut castris applicer huius,
Quod sua pax munit, quam quod discordia punit,
Quod stat mansurum, quam quod titubat ruiturum.

Gedruckt bei Marbod 1562 = P. L. 171, 1655. 24 enecat Z 26 $\overset{i}{\text{ex}}$ Z. 38 aplicer Z. 39 muniit Z.

fol. 40$^{v\ II\ 14}$:

199.

Penitudo lascivi amoris.

Strictus eram loris insani nuper amoris;
Captus eram visco, sed nunc pudet et resipisco.
Deficit ille furor et iam minus et minus uror,
Mensque calorque redit, pallorque furorque recedit.
O! bone salvator! quem despicit omnis amator,
Turpia pulcra putat, pro nigris candida mutat,
Ceni fetorem picmenti credit odorem,
Dulcia sicut mel testatur amara sicut fel.

Gedruckt bei Marbod 1563 = P. L. 171, 1655.

fol. 40 v II 23:

200.

Dissuasio concubitus in uno tantum sexu.

Demonis inventum scelerum sunt milia centum

24 Hexameter, von denen 1—17 auch fol. 1 v I 19 sich finden, vgl. 5. 9 coxę, nec mentula conscia. 10 qui penis traditur istis. Die Erweiterung v. 18—24 fehlt bei Migne P. L. 171, 1669.

Ergo concubitus, quem sexus perficit unus.
Culpa minor nulla, punitur non minus ulla.
Unde timens pęnas sceleri non laxet habenas,
Qui non laxavit, retrahat qui feda patravit.
Ergo scelus fędum, quasi si caper apetat hedum,
Cum capra non desit, cui — pro dolor — orbus adhesit
Ut minus est nullo, punitur non minus ullo.

Vgl. zum Gedicht auch Hauréau Notices et E. II (1891) 351.

fol. 41 r II 14:

201.

Dissuasio intempestivi amoris sub assumta parabola.

Mens mea tristatur, virtus mea debilitatur,
Corpus tabescit, flet vena, medulla liquescit,
Peste mutatur, facies mea flendo rigatur.
Nec satis effundo lacrimas, quibus intus habundo,
Cum via nulla datur, qua quo volo perveniatur.
Prorsus despero rem, quam contingere quero;
Nec desisto tamen, nec habet mea cura levamen.
Claudus agens leporem frustra consumo laborem,
Inproba testudo cervum sequor et mihi ludo.
Sed neque sic cesso, nec dat furor ocia fesso.
O! si quid nossem, per quod desistere possem,
Quam felix fierem, si quod volo nolle valerem,
Nolle sed ex toto, nequaquam duplice voto.
Langueo quippe volens, medicinam cogito nolens.
Sed quod nolo volo, rursum quoque quod volo nolo.
In me divisus de me mihi concito risus,
Risus exosos, risus tristes, lacrimosos.
Numquid in hoc tabo putrescens semper amabo?
Aut quis erit finis tantis, bone Christe, ruinis?
Num semper prisco cupiam me tradere visco,
Et semel egressus rursus laqueis dare gressus?
Dilexi multas parvas puer et vir adultas;
Dilexi multos parvos puer et vir adultos.
Quodquod dilexi, falso conamine flexi.
Etas consimilis, decor et risus puerilis

tit. pala. 8 Claudēs. 12 nolo zu volo corr. 15 rūsum. 17 Rirus, r auf Rasur von ſ. 19 bñe.

Aspectus lętus, vox dulcis, sermo facetus
Quas affectabat facile sibi conciliabat.
Nunc dispar ętas cogit viciis dare metas;
Nec bene, si cupiam, quod eram, tunc denuo fiam.
Lascivum pectus non debet habere senectus
Et contemptibilis solet esse libido senilis.

25—27 auch fol. 4 $^{r\ II}$ = **24**, $^{1-3}$. 30 f. auch fol. 4 $^{v\ II\ 12}$ = **30**.

fol. 41 $^{r\ II\ 12}$:

202.

§ Nam cibus et potus vix esse potest mihi notus
Nec dormire queo, ludere nec valeo.

fol. 41 $^{r\ II\ 14}$:

203.

§ Ars simulat verum, mutatque vocabula rerum,
Quemque vocat carum, novit amare parum.
Presertim multas simulat res docta facultas,
Dum movet ingenium quodlibet ad studium:
Quod, rogo, ne facias! neque rethor in hoc mihi fias,
Ostendens alias, quod simulare scias!

fol. 41 $^{r\ II\ 20}$:

204.

§ Me non ex libris, sed totis dilige fibris!

fol. 41 $^{r\ II\ 21}$:

205.

Cum vobis dederit sors, quicquid homo sibi querit,
Gazas, ętatem, personam, nobilitatem,
Morum candorem, plebis patrumque favorem;
Audeo pauca dare vobis tamen ad renovare,
Scribere ne sitis, qui non meminisse velitis.
Si fas est dici vestri specialis amici,
Non quia sim talis, quod vobis sim specialis,
Sed quia vos talem scio, quem faciam specialem,
Sufficit ad munus, si nos amor alliget unus.

Teilweise gedruckt bei Marbod 1623 = 171, 1724, an den Bischof und Grafen Odo gerichtet.
4 dare] tamē Z. 5 vor ne ist $\overset{i}{\underset{\cdot}{q}}$ ausrad. 9 munus] minus Z.

fol. 41 $^{v\ II\ 30}$:

206.

Epitaphium.

Forma refert Paridem, manus Hectora, sensus Ulixem:
In tribus iste tribus non tulit esse minor.

fol. 41 v II 31: **207.**

Si tantum vixit quantum vixisset, itemque,
Dimidium quoque dimidii, centennis hic esset:
Quantum vixisset, dicito, qui legis hec!

1 tam̄ Z. Vgl. nro. **62**. 3 leḡ Z; dazu is angehängt.

fol. 41 v II 34: **208.**

Fraude puellarum perit omnis amator earum;
Quod sentire valet, quisquis amore calet.

fol. 41 v I 1: **209.**

De bubone, quod sit nuncius mortis.

Bubo ferum nomen, dirum mortalibus omen;
Ut Maro testatur: dum cantat, fata minatur.
Illius cantum dampnat genus omne volantum,
Atque pari voto scelus hoc fugat aere toto.
Noctes ergo colit, cum lucis tempora nolit.
Noctibus apparet, quoniam, si luce volaret,
Iam caput invisum multo foret ungue rescisum,
Membraque cum plumis divulsa sparsaque dumis
Carpere pennatis cupientibus omnia vatis,
Vatis tam dire digne mala fata subire.
Hinc volucri fede similis: procul ergo recede!
Cartę funebris lator damnande tenebris;
Qui vice bubonis non umquam leta reponis.
Semper mesta canis, non discessurus inanis.
Nam, cum nil portes nisi tristiciam, nisi mortes,
Ceu bene re gesta petis es cum voce molesta.
Et, ne lassescas, saccos petis, exigis escas.
Propter defunctum soleas damus, addimus unctum.
Bis nos contristas: mala das, res accipis istas.
Sic inportunus vendis mihi munere funus.
Inprobe! vade foras; super has quid pollinis horas,
Quid tibi, dum vivis, baratri deterrime civis,
Vernula Plutonis, legatio perdicionis,
Quid nos infestas totiens iterando molestas?
Conveniat cętus: gemitus date! fundite fletus!
Eraque pulsantes clamate velut Corybantes!
Cantica funereis lugubria ferte coreis!
Carmina mesta date! loca vestra, diemque notate!
Dantes expensam largam mihi ponite mensam!
Escarum gurges! quid nos tot talibus urges?

Fle, qui flere iubes! plue distillans quasi nubes!
Potum meroris bibe, vescere pane doloris!
Quem mala delectant, mala simul omnia plectant!
Nos sine letari Christumque patremque precari!
Ut vitę munus det nobis trinus et unus.
His nisi parueris, dum ventris commoda queris,
Fustibus et ferro satiabere, pessime Gerlo!

Gedruckt bei Marbod 1577 = P. L. 171, 1672. 2 Vergil. Aen. IV 462. 8 diuulsaq; Z, doch q; rad. 10 am Rande: De Geroldo Z. 15 putes Z. 16 modesta Z, doch d zu l geändert. 24 dotiens Z, corr. 26 clamante Z. coubātes Z. 36 patueris Z, über t ist r corr. 37 saturabere Z, durch Ras. corr. pesime Z.

fol. 41 v II 5:

210.

DE ODONE.

Moribus, arte, fide, celesti pectore dignus
Cum superes alios, desipis, Odo, tamen.
Credis enim populum versus curare, disertus
Et placuisse putas moribus, arte, fide.
Dotibus his quondam sacri placuere poetę;
Ingeniumque dedit predia, nomen, opes.
Nunc aliud tempus, alii pro tempore mores:
Nunc odium virtus, sceptra merentur opes.
Nil artes, nil pura fides, nil gloria linguę,
Nil fons ingenii, nil probitas sine re.
Nullus inops sapiens: ubi res, ibi copia sensus;
Res sapiunt: pauper nil nisi pauper erit.
Hinc est, quod populus aurum quasi numen adorat;
Audet in ignotum sepe venire nefas
Speque lucri totiens excedere ius et honestum
Sustulit, ut gratis iam iuvet esse reum.
Ius ruit, ordo perit seculi, placet ora manusque
Vendere, quemque inopem tam pudet esse probum.
Non igitur mirum, si quisquam pravus et excors
Divinum carmen pondus habere negat.
Quam comitantur opes, sapientia verba reliquit:•
Nunquam mobilibus sepe coire boni. [!]

Gedruckt bei Hildebert 1333 = P. L. 171, 1407 und 1456; Hauréau, Notices et Extr. 28 II 328 – 330 = Mélanges 56 (H) sucht wahrscheinlich zu machen, daß diese namenlos (Bibl nat. Paris 3761 fol. 66; 14194 fol. 161; Wien Hofbibl. 2521; Saint-Omer 115) überlieferten Verse über die Mißachtung der Dichter und ihrer Kunst von Hildebert gedichtet seien. Warum sollten sie nicht von Petrus Pictor stammen können? Vgl. über denselben Gegenstand Cur ultra studeam und die Einleitung von De Pilato.

3 disertos H. 4 Teque placere H. 7 Glosse: novus populus, nova lex Z. 10 flos Z, doch corr. 13 adorans H. 14 sepe] sponte H. 16 Sustinet H. 17 seculi] sceleri H. 20 Divinos vates nullius esse putat H. 21 Quem H. 21 vera relinquit H. 22 Semper mobilibus incomitata bonis H.

fol. $41^{v\ II\ 28}$:

211.

Si qua mihi scribis, . . . = **151** p. 63.

fol. $41^{v\ II\ 32}$:

212.

In noctem prandes, . . . = **152** p. 63.

fol. $42^{r\ I\ 4}$:

213.

Nullus amicorum posset meliora monere
  Quam tu, quo moneor parcere cervisię.
Cum bibo cervisiam, nichil est turbatius illa;
  Sed cum mingo, nichil clarius esse potest.
Turbor inde nimis, quoniam que spissa bibuntur
  Reddita clara gravi viscera fece replent.

Aus dieser Hs. hg. v. Wattenbach, Anzeiger f. K. d. d. Vorz. XXIII (1876) 80: Hauréau, Notices et E. 28 II 423 = Mélanges 193.

fol. $42^{r\ I\ 10}$:

214.

A meretrice sua monacus dum forte veniret,
  Contigit merito res sibi feda nimis;
Nam ratus esse suam, tunicam tulit ille puellę;
  Sic indutus abit ingrediturque corum.

2 Contingit schlägt Wattenbach, Neues Archiv XX 647 vor.

fol. $42^{r\ I\ 13}$:

215.

EPITAPHIUM HECTORIS.

Defensor patrię, iuvenum fortissimus, Hector.

5 Disticha; s. Anthol. Lat. rec. Riese 631.

fol. $42^{r\ I\ 25}$:

216.

Porticus est Rome, qua, dum spaciando fero me,
Res querendo novas inveni de saphiro vas.
Institor ignotus vendebat cum saphiro tus.
Thus socius noster tres emit denarios ter,
Vas tribus et semi solidis ego prodigus emi.
Hoc inconcussum dum tollere sollicitus sum,
Pro cofino mundo de viminibus precium do.
Ponitur introrsum sanum vas, inde memor sum.
Extrahitur fissum, tristis miser inde nimis sum.
Inter convivas magni precii foret hoc vas,
Si foret allatum sicut positum fuerat tum;
Lator at hic pressit; cui prospera nulla dies sit.

Gedruckt bei Marbod 1586 = P. L. 171, 1865. 3 cum fehlt Z. 4 ter] tres Z.

fol. 42 r II 4:

217.

§ Dum satur est venter, loquitur de ventre libenter;
Consurgens mane studium sectatur inane.

1 litur Z, doch corr. 2 Consurgit Z. doch corr.

fol. 42 r II 6:

218.

Olim dives eras; nunc es de divite pauper
Factus; quid facit hec nisi sola superfluitas.

Vgl. fol. 15 r I 9 = **126.**

fol. 42 r II 8:

219.

Alea, Bacus, amor meretricum fecit egentem;
Nunquam, qui sequitur hec tria, dives erit.

Vgl. Florileg. Gotting. 18 und 56 in Roman. Forsch. III 284 und 287. Anthol. Lat. Riese II p. XXX (bibl. nat. 3761).

fol. 42 r II 10:

220.

Nupta tibi sine dote datur, sic audio dici.
Unde, miser, vives tuque domusque tua?
Dum tu solus eras, soli non proficiebat
Res tua; sufficiet nunc minus illa tibi.

Gedruckt bei Hauréau I 378 aus Cod. lat. Paris 8433 (H). 1 ut H. 3 sufficiebat H. 4 suffiet Z.

fol. 42 r II 14:

221.

Ancillam nuptę, famulum tibi, Nevole queris,
Nutricium puero, cum puer ortus erit.
Cum sis omnibus his vestemque cibumque daturus,
Non poterit sumptus res tua ferre tuos.

Gedruckt Hauréau I 378 (H).
1 q̄re Z, doch corr. 2 niticium Z, nutricem H und Wattenbach, Neues Arch. 20, 648. Vgl. fol. 56 v II: Nutrit mulier, nutricat nutritius. ortus fehlt Z.

fol. 42 r II 17:

222.

Occubuit fixi iaculo, mucrone, sagitta
Ora, latus, iugulum, Sceva, Rufinus, Atis.

18 Verse; s. Anthol. Lat. rec. Riese II p. LXV.

fol. 42 v I 1:

223.

Versus episcopi Centionis[!].

Nuper eram locuples multisque beatus amicis,
Et risere diu fata secunda michi.
Larga Ceres, deus Archadię, Bacusque replebant
Horrea, tecta, penum, farre, bidente, mero.
Ortus, apes, famule, pulmento, melle, tapetis
Ditabant large prandia, vasa, domum.
Dextra laborabat gemmis, pomeria fructu,
Prata redundabant gramine, lacte greges.
Agger opum, tranquilla quies, numerosus amicus,
Delicias, somnos, consiliumque dabant.
Cetera quid referam? mestos solatia vultus
Omnia captatę prosperitatis erant.
Iurares superos inter mea vota teneri,
Et res occasum dedidicisse pati.
Mirabar sic te, sic te, Fortuna, fidelem,
Mirabar stabilem, que levis esse soles.
Sepe mihi dixi: Quorsum tam prospera rerum?
Quid sibi vult tantus, tam citus agger opum,
Si mihi nulla fides, nulla est constantia rebus?
Res ipse, quid sint, mobilitate docent.
Res hominum atque homines levis alea versat in horas,
Et venit a summo summa ruina gradu.
Cuncta sub ancipiti pendent mortalia casu,
Et spondent propria mobilitate fugam.
Quicquid habes hodie, cras te fortasse relinquet,
Aut modo, dum loqueris, desinet esse tuum.

Gedruckt Hildebert 1344 = 171, 1418; Hauréau, Notices et E. 28 II 347 bis 350 = Mél. 82—85 (= H) nach den Hss. 7596 A, 14194, 15155 der biblioth. nat. (90 Verse); nach seiner Textrevision füge ich bei, was in Z durch rohe Hand verloren gegangen ist. Über diese vorzügliche Elegie Hildeberts, die auch namenlos oder unter falschem Namen überliefert ist, vgl. noch Hauréau, Notices et E. 29 II 341; Fierville, Notices et E. 31 I 115. Die Hss. sind zahlreich, z. B.: Vatic. Reg. Christ. 344: De fortuna; Saint-Omer 115 fol. 79 v (42 Verse); Troyes 215 saec. XII: Versus Hildeberti de exilio suo; Douai 690 saec. XIV: Versus Hildeberti de exilio suo; Beauvais 11 (3015) saec. XII fol. 80 r: De exilio eiusdem Hildeberti; Cambrai 536—537 saec. XIII fol. 142 v: Versus Hildeberti; Paris, bibl. nat. 15155 fol. 56: Matheus de fortuna. Vorau 111 s. XII fol. 59. Vgl. N. Arch. II 410.

1 locuplex Z. 2 diu üb. d. Linie zuges. Z. prospera fata H. 4 tecta] septa H. 5 Hortus H. famulo aus famuli corr. Z. mille Z. 7 pomaria H. 9 Ager Z. 11 Singula quid memorem? Letos testantia casus H. 12 captivae H. 13 intra H. 15 Denique mirabar sic te, Fortuna H. 18 ager Z. 19 Hei mihi H. 20 ipsae H. 21 in auras H; vgl. Horat. Ep. ad Pis. 160. 26 desinit H.

Has ludit Fortuna vices, regesque superbos
Aut servos humiles non sinit esse diu.
Illa dolosa comes, sola levitate fidelis,
Non inpune favet aut sine fine premit.
Illa, mihi quondam risu blandita sereno,
Mutavit vultus, nubila facta, suos,
Et, velut eternam misero conata ruinam,
Spem quoque leticię detrahit illa michi.
Illa, professa dolum, submersit, diruit, ussit
Culta, domos, vites, imbribus, igne, gelu;
Et super exhausit, excussit, debilitavit
Hoste, notho, morbis, horrea, poma, gregem.
Accessit damnis novus ille gravisque tyrannus,
Quo Cenomannorum consule ius periit;
Cuius avos puduit scelerum genuisse patronum,
Fortunęque parem mobilitate, dolis.
Ille pudor patrię me, non inpune tenentem
Iusticię leges, expulit a patria;
Inde ratem scando, vitam committo procellis;
Vela tument, gelida cimba minatur opem.
Portus erat longe, cum ventus fortior estum
Movit, et in tumulos auster aravit aquam.
Crescit hiems, agit aura ratem, fugit unda dehiscens;
Imbre madet velum, nox tegit atra diem.
Desperare iubent venti, mare, turbine, fluctu,
Occursu rupes, ignibus ipse polus.
In fragilem pinum totus pene contegit iras
Orbis, et est hostis quicquid obesse potest.
Dum sic sevit hiemps, dum pallet et ipse magister,
Dum etiam fieri piscibus esca timet,
Ecce rapax turbo, tollens ad sydera fluctus
Inpulit ad litus iam sine puppe ratem.
Sic miser et felix, quassa rate, rebus ademptis
Evasi ventos, equora, saxa, Iovem.
Ecce quid est hominis? quid iure vocare paternum,
Qua miser ille sibi plaudere dote potest!
Hoc est, hoc hominis: semper cum tempore labi
Et semper quadam condicione mori.

30 Nec favet æternum, nec sine H. 33 eterno Z, doch corr. 34 ipsa H. 37 Hæc eadem fregit, concussit H. 38 nohto Z, das 2. o aus e corr. 42 -que über der Zeile zugesetzt Z. 46 gemina cymba juvatur ope H. 48 aquas H. 53 prope congerit H. 56 etiam] stupet et H. 57 Exce Z. 59 misere felix H. 62 ipse H. Nach 64 schiebt H ein:

Est hominis nudum nasci nudumque reverti
Ad matrem, nec opes tollere posse suas.

68 u. ff. fehlen, weil die nächsten 5 Blätter herausgeschnitten sind.

Est hominis putrere solo saniemque fateri,
  Et miseris gradibus in cinerem redigi.
Istius est heres homo prosperitatis, et illum
  Certius his dominum predia nulla manent.
Res et opes prestantur ei, famulantur ad horam,
  Et locuples mane, vespere pauper erit.
Nemo potest rebus ius assignare manendi,
  Que nutus hominum non didicere sequi.
Ius illis deus adscripsit statuitque teneri
  Legibus et nutu stare vel ire suo.
Ille simul semel et solus previdit et egit
  Cuncta, nec ille aliter vidit agitque aliter.
Ut vidit facienda facit, regit absque labore,
  Distinguit formis, tempore, fine, loco.
Distinctis idem cursum metitur, et illa
  Secretis versat legibus, ipse manens.
Ipse manens, dum cuncta movet, mortalibus egris
  Consulit atque ubi sit spes statuenda docet.
Si fas est credi te quidquam posse vel esse,
  O Fortuna, quid es? Quod potes, ipse dedit.
Pace tua, Fortuna, loquar: blandire, minare,
  Nil tamen, unde querar aut bene leter, ages.
Ille potens, mitis, tenor et concordia rerum,
  Quidquid vult, in me digerat: eius ero.

fol. 43 [r I 1]: **224.**

Empicos tussimque iuvat, suspiria sedat,
Restringit lacrimas oculorum sumpta vel hausta
Uncia *betonicę*, ciato calide resoluta
Prodest ydropicis, si sit potata frequenter.
Radicum pulvis cum mulsa tritus et haustus
Humores velud elleborum vomitu cito purgat.
Plinius hanc inquit qui secum gesserit herbam,
A nullo poterit nocuo medicamine ledi.

1 suspiriat.

fol. 43 [r I 9]: Acidula.

Hanc avide quidam comedunt in tempore veris,
Expertumque ferunt sibi, quod fastidia tollat.

fol. 43 [r I 11]: Portulaca.

Fervorem solis estate comesta nocere
Non sinit et veterem cum vino et cum sale mollit.

fol. 43 r I 13: Boglossa.

Vim memorem cerebri dicunt servare periti,
. . . . inter convivia sparsa. 4 Verse.

fol. 43 r I 17: Caules.

Qui prius est caules, vix sentiet ebrietatem.
. . . . depellere morbos. 4 Verse.

fol. 43 r I 21: Elleborum album.

Subpositum quocumque modo depellit abortum,
Naribus attractum sternutamenta movebit.
. . . . muscis est perniciosus. 5 Verse.

fol. 43 r I 26: Peonia.

Illius radix pueris suspensa caducis
. . . . potu depellitur isto. 3 Verse.

fol. 43 r I 29: Verbena.

Quę fuit alternis febris accedendo diebus
. . . . ut iam prescripta boglossa. 9 Verse.

fol. 43 r II 4: **225.**

DE RUTA.

A medicis rutę vis fervida dicitur esse u. s. w. (61 Verse).

Stücke aus dem Pflanzenarzneibuch, das unter dem Namen Macer (vgl. Cod. Turic. Stiftsbibl. C. 166 s. XIII: Explicit MACER) bekannt ist; der Verfasser soll Odo von Meudon sein; s. Haeser, Lehrbuch der Gesch. der Medicin³ I 639; Groeber, Grundriß d. rom. Philol. II 1, 386; eine Hs. in Melk erwähnt Huemer, Wiener Stud. IX 63. Z enthält nur 148 Verse: DE APIO: 31; DE SAVINA: 13; DE PORRO: 4; DE FENICVLO: 39.

fol. 44 r II 21: **226.**

a) Contra vim mortis non est medicamen in hortis.

b) Cum fuit in mundo, per mundum vixit eundo;
Hęc postrema dies, hec sibi prima quies.

fol. 44 r II 24: **227.**

Hęc mater[1] septem sociis innixa columnis
Vera probat[2], numero regit[3] et moralia pensat.[4]

Darüber die Glossen: 1 phylosophia. 2 per loycam. 3 per musicam et mensuram. 4 per eticam.

fol. 44 r II 26: **228.**

§ Lucius et tincus, capedo, truta, timallus,
Allec, ballena vel esox, anguilla, murena.

Die deutschen Interlinearerklärungen s. bei Steinmeyer und Sievers, Die althochd. Glossen III 45 (DCCCCXXXIV Da); Zeitschr. f. dtsche Philol. XIII 459.

fol. 44 r II 28: **229.**

Crucis salutatio (am Rande).

§ Pro nobis passus deus in cruce piscis ut assus
. . . . venerabile lignum. 7 Hexameter.

fol. 44 v I 1 — 47 r II 34: **230.**

Liber de naturali facultate incipit.

Hie beginnet das arzinbǒch Ypocratis, daz er het gescribin widir allen den suhtin die der mugin irwahssin in allen dem menisclichem libe u. s. w.

Nachdem Graff (Diutiska II 269 ff., Wackernagel (Zeitschrift f. dtsch. Alterth. III 41, VI 279) und andere Forscher vielfache Mitteilungen aus diesem Arzneibuch veröffentlicht hatten, ist es von P. Piper (Zeitschr. f. dtsche Philol. XIII 466—476) vollständig zum Druck befördert worden; vgl. dazu Abh. d. Wiener Ak. 42 (1863) 111—114 u. 118—127.

Die Kapitelüberschriften sind rot unterstrichen. Da in der Stelle über den lutertranc (f. 46 r II) die Aufzählung der Monate noch mit Martio beginnt, so darf man daraus vielleicht auf eine ältere Quelle schließen. Die Namen der in jedem Monate zu diesem Tranke dienlichen Kräuter findet man in vielen ältern Kalendern (z. B. S. Gall. 378; Zürich, Stiftsbibl. C 176) den Monatsnamen beigeschrieben.

fol. 47 v I 1 — 51 v II 12: **231.**

Uitibus ista conveniunt: oblaqueatio, putatio, propagatio, fossio . . .

Auf Isidor (Etym. XVII 4—11) zurückgehende Notizen aus dem Summarium Heinrici IV 1—11; über dieses von Steinmeyer zitierte Werk findet man weder bei Wackernagel, Gesch. d. dtsch. Litt.[2] 119 n. 6. noch bei R. v. Raumer, Die Einwirkung d. Christenth. auf d. ahd. Spr. (1845) 131 und 135 zufriedenstellende Auskunft.

Die im Texte stehenden deutschen Glossen haben Steinmeyer und Sievers in Die Althochdeutschen Glossen III 90—111 (DCCCCXXXVII A) aufgenommen. Vgl. auch Germania IX 13—29; unvollständig und flüchtig handelt darüber Piper in Zeitschr. f. dtsche Philol. XIII 457—459.

fol. 51 v II 13 — 61 r II 33: **232.**

Amicus nobis equalis dicitur, comes in itinere . . . .

Nicht genau alphabetisch geordnetes, wohl größtenteils auf Isidor's Etymologien beruhendes Wörterverzeichnis mit sachlichen und

etymologischen Erklärungen, Angabe von Synonymen und Differentien. Die als Belege angeführten Stellen aus antiken Autoren z. B. Plautus, Vergil, Ovid, Salust, Iuvenal, Persius, Statius, aus der Bibel und sogar aus Theodulus sind wohl kaum alle aus den Quellen geschöpft, sondern aus einer Vorlage herübergenommen. Einige Beispiele:

Bravium est Grecum et est lamina argentea in modum palmę, que pro cursu a rege militibus dabatur.

Calvo i. e. decipio, inde calullo, quod idem est.

Cereus, quando fixum est, candela est, quando mobile idem quod maturum, quia maturi fructus eiusdem coloris sunt.

Donativa sunt dona largientis; munus accipientis; satellica promerentis.

Inpostura est deceptio, sicut Flandenses faciunt in panno.

Torreuma est vas celatum, vel lectus tornatilis, vel secundum Remigium fervor maris.

Dabei wenige deutsche Glossen: pistilum stůzil. oscitare geinon. Lodix chozzo. Sandix winda. Palus spǒlo.

fol. 61 r II 34 — 62 v I 20: **233.**

Eine Nachlese zum vorangehenden Wörterbuch von mehr erklärenden Artikeln z. B. über scena, tragedi, comedi, themelici u. s. w., deren Quelle Isidor ist.

fol. 62 v I 21: **234.**

Solius adtestationem prolatam, neque aliis amminiculis adprobatam, nullius esse momenti manifestissimi est iuris. Illi vero incumbit probatio qui dicit, non ei, qui negat. Über Zeugen und Appellation.

Sufficit ut habeat auctor effundere quod in archa est, et hoc, dicit magister Adilbero, esse intelligendum de penitentia. . . .

fol. 63 r II 19: **235.**

I. Prudens, iustus, continens, magnanimus,
conquadratus ad normam virtutibus,
ad vicia non vergit volubilis
in modum meditullii stabilis,
quo vel ruinam vitet insanię,
vel defectum contemnat ignavię.

II. Prudens nullo pacto torpet otio,
non remissus non solutus animo;
semper idem viam vadit regiam
non divertens ad levam vel dexteram,

ut manus, quę in palmum extenditur,
eadem est, cum in pugnum stringitur.

III. Prudens, prout rerum ordo postulat,
sui conpos tempori se conmodat;
consolatur, suadet, monet, precipit;
cordis lingua frivola non recipit;
parce laudat, parcius vituperat;
scit, qua via quid aggredi debeat.

IV. Est prudentis competenter animus
distributus trifidis temporibus:
in presentium intelligentiam,
in preteritorum memoriam,
in subsequentium providentiam;
quę simul constituunt prudentiam.

V. Est prudentis viri privilegium
nil magni ducere transitorium;
dignitates rerum naturaliter
perpendere, non opinabiliter;
se non rebus, sed res sibi subdere,
de incertis nil definite dicere.

VI. Est prudentis nec falli nec fallere,
verisimile non statim credere,
que in ante valeant contingere,
animo sibi cuncta proponere;
hinc mala ne deiciant toleret
atque hinc bona ne extollant moderet.

31 prudentis viri Z. 34 sibi fehlt Z.

fol. 63 v I 11: **236.**

I. Vir discretus si quid artis retinet,
nec molestum nec ignotum cuilibet
tradit prompte, sine arrogantia,
non celata discit ignorantia;
est auditor tacitus dicentium,
benignus preceptor audientium!
nunc urbanus iocos miscet seriis;
sine verecundię dispendiis
servans motus corporis et animi,
ne sint indecori vel inconpositi.

II. Vir discretus ludit ut lasciviens,
laudanda notat sed non invidens;
non contemnens minores superbiens,
nec maiores timet recta faciens;
pronus venię, non iracundię,
nullius despector inprudentię.
Flocchi pendit assentantis oculum
scurrę detrahentis et aculeum;
criminibus et suspicionibus
non acquiescit pruriens auribus.

237.

Vir ad unguem fortis et magnanimus
vivit alacer, liber, intrepidus;
pericula velut temerarius
nec petit, nec formidat ut timidus;
credit satisfaciens iniurię
magnum vindictę genus ignoscere;
circumcidit continens superflua;
ad modicum solvens desideria,
ne turpi parsimonia sordidus
et ne sit discinctus et prodigus;
splendide non vivit, sed salubriter;
nunquam verba frangit pueriliter.

2 liber et Z. 9 sorditus Z.

fol. 63 v I 33:

238.

I. Iustus quidem timet, amat dominum;
conservat societatis vinculum;
curat usque quod omnes attinet,
nulli nocet, nocentesque prohibet;
veritatem satagit defendere,
unicuique suum tribuere.

II. Naturalis est quędam iusticia,
quedam quoque consuetudinaria;
Ius naturę est religiositas,
pietas, gratia, simulque veritas,
observantia et vindicatio,
more ius iudicatum, par pactio.

fol. 63 v II 7: **239.**

ORDO IUDICIALIS secundum Tullium.

Sunt causarum genera tria principalia:
Demonstrativum, quod vel laudat vel vituperat;
Deliberativum, quod vel suadet vel dissuadet;
Iudiciale, quod accusat vel defendit, premium rogat vel denegat.

Sunt et quinque genera, sed non principalia:
honestum, admirabile, obscurum, anceps, humile.

At quantitativę extant partes rethoricę:
inventio, dispositio, elocutio, memoria, pronuntiatio.

In ratione quadriformis constitutio:
coniectura, finis, qualitas, translatio,
quas informat factum, nomen, genus, actio.

At in scripto quinque status permanent:
scriptum et sententię, leges contrarię, leges ambiguę,
raciocinatio et diffinitio.

Coniectura solet (aus sonet durch überges. l corr.) causam persona,
facto concipi,
si ex causa vel inpulsione animi,
ut est ira, meror, amor, violentia,
vel in ratiocinatione, ut causa pecunię,
amoris, glorie, metus, invidię, capiundi conmodi vel vitandi damni.

Sunt personis etenim adtributa undecim:
nomen, natura, victus, fortuna, habitus, affectio,
studia, consilia, facta, casus, oratio.
In natura queritur sexus, etas, natio, patria, cognatio.
In victu apud quem, quo more, cuius arbitratu educatus sit,
quos artium liberalium (darüber: libros, quas artes), quos
vivendi preceptores habuerit, quis amicis uti soleat,
cuius sit negotii, questus, artificii,
qui familiarem administret rem,
quam domesticam habeat consuetudinem.
In fortuna || der Rest fehlt, da zwei Blätter ausgeschnitten; ebenso fehlt der Anfang des folgenden Stückes.

fol. 64 r I 1: **240.**

Qui quater assumptus fit Graio nomine chenix u. s. w.

V. 69—163 des bekannten Gedichtes de ponderibus et mensuris Anthologia Lat. Riese II p. 27—37 n. 486; Poetae Lat. min. Baehrens V 71 ff. Da Z mit 163:

Nec non et si me aqui cetera require nesci(o) ubi

schließt, so sind seine Verwandten (Classe B bei Baehrens) leicht zu erkennen.

fol. 64 v I 31 — 71 v II 34: **241.**

Incipit PERIEGESIS · PRISCIANI GRATICI (= grammatici) translata de aliis libris ORMISTARVM (= orbis terrarum) FELICITER.

Naturę genitor, quę mundum continet omnem u. s. w.

V. 1—949. Reihenfolge der Verse und die Varianten weisen Z der Klasse B zu (Baehrens P. L. min. V 262 ff). Doch scheint irgend eine Verwandtschaft mit einer unbekannten Hs. der Klasse A zu bestehen, da nach 949 die Verse 243 ff. (— 266) wiederholt, aber durch einen senkrechten Strich getilgt wurden; am untern Rande lesen wir die Bemerkung h̄ vacant hic:

omne prius dictum non cures denuo dictum.

Wie weit die Wiederholung sich erstreckte, entzieht sich unserer Kenntnis, da das folgende Doppelblatt entfernt worden ist.

Ausser Überschriften für die einzelnen Abschnitte und zwischen den Zeilen geschriebenen Erläuterungen weist Z an vielen Stellen über den Zeilen nachgetragene Varianten auf, die nicht selten den von Baehrens bevorzugten Lesarten der gewöhnlichen Überlieferung entsprechen.

* * *

fol. 72 r I 1: **242.**

Flamine ventorum resonantibus undique ramis u. s. w.
Schluß: . . . semper gaudere beatis. Amen.

V. 2—154. Oft unter Beda's Namen gedruckt, z. B. Migne P. L. 94, 633—638. Vgl. Notices et Extr. 31 II 126. Leyser, hist. poetar. 242 schreibt die Verse dem Radbertus Paschasius zu; weitere Nachweise bietet Chevalier, Repert. hymnol. n. 9021.

fol. 73 r I 18: **243.**

T
a) SIS DEUS OMNIPOTENS TUTOR FAUTORQVE LEGENTI.

b) Rex: Est tua vel cuius[1]? Clericus: mea non, sed pauperis huius.

1 bucula.

fol. 73 r I 20: **244.**

Ex libro Persii Flacci satyrarum.

Quis expedivit psitacho suum chere — u. s. w.

57 Verse aus Persius, für die Kritik des Textes ohne Bedeutung. Vgl. A. Persii Flacci satir. lib. ed. O. Jahn (1843) Proleg. CCIX. Es sind: Prol. 8—10; I 27 f, 58, 62, 116—118; II 37 f, 69; II 3 f, 66—84; V 52 f, 89 f, 98 f, 105—108, 117 f, 125, 132—136, 153, 158; VI 32, 78—80.

fol. 73 v I 10:

245.

VERSUS de despectu SAPIENTIS.

Ingenium quondam fuerat preciosior auro,
Sed modo barbaries grandis, habere nichil.
Ipse licet venias Musis comitatus, Homere,
Si nichil adtuleris, ibis, Homere, foras.

3 venas musis mit Glosse: doctrinis. 3 u. 4 aus Ovid Art. am. II 278 f. Sic est sensus: Potentes huius seculi non curant de sapientia, et si aurum aut munera deportantur eis, cito munera recipiunt et sapientia foras eicitur.

fol. 73 v I 19:

246.

Multa licet sapias, sine re nullus eris;
Et genus et virtus nisi cum re vilior alga est,
Et genus et formam regina peccunia donat.

2 = Hor. Sat. II 5, 8. 3 = Hor. Ep. I 6, 37.

fol. 73 v I 22:

247.

Virtus nobilitat animum; virtute remota
migrat in exilium nobilitatis honos.

fol. 73 v I 24:

248.

a) Sver an dem mantage (erstes a aus ę corr.) dargat . . .
b) Tif furt trvbe . . .
c) Der zichilcun gat . . .

Drei schon von Wackernagel, Zeitschr. f. dtsch. Alterth. V 293 mitgeteilte Sprüche; Denkmäler deutscher Poesie u. Prosa XLIX 1—3; vgl. P. Piper, Zeitschr. f. dtsch. Philol. XIII 477.

fol. 73 v I 32:

249.

Militet in domino! quisquis bene militat, huius
Milicię deus est mite patrocinium.
Quem tegit iste lapis miles fuit et moriendo
Desiit esse suo miles in officio.
Is tumulatus erat vir in armis strenuus, ortu
Nobilis, eximius pace, vigens animo.
Heu! fuit et non est, quia telis, igne, ruina
Abstulit hunc triplici mors gravis interitu.
Hunc deus a culpis expurget, ab igne gehenne
Liberet, in requie collocet, addat opem!

7 et igne Z.

fol. 73 v II 8:

250.

Hic tumulatus preco beatus rite vigebat,
Condecoratus prespiteratus iure virebat.

Nunc meritorum digna suorum premia captat,
Dum sociorum se superorum cętibus aptat.

Martirio dedit egregio caro carnea iura,
Supplicio, latrocinio terras subitura.

fol. 73 v II 14:

251.

Dormiat in Christo recubans Mathildis in isto
Pulvere pulvis, in his sordibus ipsa cinis.

fol. 73 v II 16:

252.

§ Vitę mortalis status est quidam generalis
Temporis exigui curriculo minui.
Est hominis labi, verti, succumbere trabi;
Est hominis fleri consimilem cineri.
Sic pereunt nata, rediguntur materiata
In sua simplicia traduce materia.
Sic quoque Waltherum tulit ultima linea rerum,
Quondam canonicum, nunc cinerem modicum.
Huic, pater ęternę! da lucis amena supernę!
Perpetis ut patrię gaudeat in requie.

7 Vgl. Hor. Epist. I 16, 79.

fol. 73 v II 26:

253.

De quo processit in id ipsum carne recessit
Advena Waltherus hoc in tumulo tumulatus.
Heu! primę matris primi transgressio patris
Criminis heredes dedit has incurrere sedes.

fol. 73 v II 30:

254.

Non est de nichilo tua, mors, victoria; gaude!
Victrices aquilas erige! clange tubis!
Vicisti, sed anum; vicisti, sed mulierem.
Causa duplex, quę te vincere fecit, erat.

fol. 73 v II 34: **255.**

Cum totum nequeat aliquod nomen dare parti,
Quod sit homo corpus, logycę non consonat arti,

Ergo non sequitur homines istic tumulari,
Cum liquido constet hic corpora sola locari.

Cessent obniti, cessent latrare sophystę!
Nam nil quod sit homo circumscribit locus iste.

5 Cescent Z.

fol. 74 r I 6: **256.**

Inprobe Pytagora! tua fallit opinio, sordet
Iudicium, ratio desinit, error hebet.
Nullane pereunt, si nulla perire fateris?
Restat, ut ǒlricum iam nichil esse neges.
Si nequit esse nichil, quicquid semel esse recepit,
Non homo quod sit homo, falleris; unde locus?
Aut est aut non est; si dixeris esse, sequetur:
ǒlrico reddes protinus esse suum!
Est locus a causa vel ab oppositis, quia nunquam
Mortis ad introitum vita manere potest.
Desine Pytagora proponere frivola; certe
ǒlricus nichil est; desine Pytagora!
Huic deus esse novum, perpes gaudere, letari
Longum, perpetuum vivere restituat!

Reihenfolge der Verse 1—5, 7, 8, **257**, 6, 9—14, doch geht ein Strich von 5 zu 6 über die dazwischen stehenden Verse.
5 nichil esse nequit, durch b, a corr. 13 Hvvic de||||us.

fol. 74 r I 14: **257.**

Causa fuere duplex vincendi sexus et etas.
Hii faciles aditus te subeunte dabant.
His quoque debetur sua portio laudis abesse;
Non debent spoliis participes oneris.
En! quia decrepitam rapuisti mors Adilheidim,
O utinam sole te comitentur anus!

2 subeunde zu subeunte corr.

fol. 74 r I 26: **258.**

Invida mors! quid agis? mors invida vilia tollis
Omnia, precipitans maxima cum minimis.
Parcere debueras, mors inproba, Theoderico.
Theodericus erat, quem tegit iste lapis;

Ille peritus erat lapides quadrare, polire,
Quamlibet in formam vertere materiam.
Nunc cinis est, homo qui fuerat, nunc vermibus esca;
Nunc opus artificis conprimit artificem.

fol. 74 r I 34:

259.

Hic sita Richardis, iam libera carcere carnis,
Terris sublata iacet in terris tumulata.
Nexibus hanc fragilis vitę subduxit Aprilis,
Luce Kalendarum primam subeunte Nonarum.

fol. 74 r II 4:

260.

Femina prima fuit erroris origo, ruinę
Inicium, mortis fomes et interitus.
Femina virgo dei genitrix conmissa prioris
Abluit, interitum sustulit, auxit opem.
Virginis hinc prolem, sponsum sibi virgo pudica
Delegit fatuis dissona virginibus.
Hęc virgo sapiens oleum cum lampade munda
Protulit et media nocte secuta deum.
Ipsa die Maii quę transit ante kalendas
Quatuor atque decem carne soluta fuit.
Annus erat domini millesimus, huic quoque centum
Atque duos menses sol celer addiderat.

5 sibi pudi caca virgo. 12 Adque.

fol. 74 r II 16:

261.

Transitione brevi fuit usus labilis evi
Pro levitate brevis, pro brevitate levis.
Indolis ergo bone puer, egra transitione
Heinricus misere fit cinis in cinere.
Ille per etatem teneram carnis levitatem
Vincere non potuit, sed prius occubuit.

1 usus] v9 Z.

fol. 74 r II 21:

262.

Pene relativa sunt mors et vita, quod horum
Lex perhibet, ratio iudicat, usus habet.
Sed quia mors posita vitam non ponit, in istis
Fallere seu falli nescit Aristotiles.
Mors vitam perimit, duo sunt hęc inmediata,
Nam medium moriens Albero non habuit.

Iunius hunc rapuit, geminos cum sole tenente
Ipsa kalendarum fulsit in orbe dies.
Huic pius ęternam requiem donet miserator
Et lux perpetua. . . . . .

4 inmedia, corr. Wattenbach, N. Arch. 20, 651.

fol. 74 r II 31:

263.

Carnis vertigo que sit, sua monstrat origo:
Dum cinerem sequitur, dum cinis efficitur.
Sic cinis effectus iacet hoc in pulvere tectus
Hantwicus; sit ei gratia larga dei!

3 iac Z. 4 Hartwicus Wattenbach N. Arch. 20, 651.

fol. 74 v I 1:

264.

Quisquis ad hec, lector, oculos epitafia vertis:
Quid sit homo potes indiciis advertere certis.

Funde preces pro me nec te lascivia tardet,
Nam tua res agitur, paries cum proximus ardet.

Qui Fromoldus eram, modo sum cinis; ergo levamen
Sit deus, a penis animam qui liberet. Amen.

1 o lector, doch o rad. occulos. 4 aus Horat, Epist. I 8, 84.

fol. 74 v I 7:

265.

Quid nisi pulvis homo, nisi ros, nisi flos, nisi vermis;
Exul et absque domo, res vilis, iners et inermis.

Vita quid est hominis? nisi putredo? nisi fenum,
Terra, favilla, cinis! quid sunt, quid habent nisi cenum?

Ergo canonicus, qui nunc iacet hic tumulatus,
Prespiter Heinricus primi pro labe beatus

Nunc vigeat, nunc obtineat celestia dona,
Possideat celum, subeat radiante corona!

fol. 74 v I 15:

266.

Heu! Gerlandus eram; modo sum nihil, aut Epycurus
Mentitur, veri si quid habet Samius;
Sed tamen et Samius et Crisippus sine vero
Attribuunt sectę pondus utrumque suę.
Neutrius admitto dictum vel inane sophisma;
Neuter enim dicet: post sua fata probo.

Heu! Gerlandus eram, sed nunc sine corpore nomen
 Restat, utrumque tamen interiisse reor.
Vox prolata perit, nescit vox missa reverti,
 Vox perit, et vocis significata labant.
Heu Gerlandus eram, sed nunc in pulvere pulvis
 Atteror; omnipotens rex, miserere mei!

9 Vgl. Hor. Ep. ad Pis. 390.

fol. 74 [a II 27]:

267.

Epitaphium super Adam.

Si mors concludi posset per verba sophystę,
Conclusisset ei tumulus quem continet iste.
Cui semel opposuit mors et conclusit eidem,
 Non poteras igitur dicere: non sequitur.

Hauréau, Notices et E. 33 I 105 bringt aus Cod. bibl. nat. 14883 sæc. XII—XIII fol. 164 versus magistri Nicolai. Parisius in epitaphio suo:
Si morti possent concludere dicta sophiae,
Conclusisset ei tumulus quem continet iste.
Huic semel opposuit mors et conclusit eidem.
 Dicere fas igitur non fuit: unde locus?

fol. 74 [v I 34]:

268.

Versus Iulii Cesaris contra senatum.

Si non Roma potens meliorem se genuisset,
 Ipsius Cesar, non Cesaris ipsa fuisset.

fol. 74 [v I 34]:

269.

Versus Augusti Cesaris ad senatum, ne deificaretur.

Esse deum ratione caret, cui contulit esse
 Materiale lapis, effigiale manus.

270.

Susceptum semen sex primis, Petre, diebus
Est quasi lac, reliquisque novem fit sanguis, at inde
Insolidat duodena dies, bis nona deinceps
Effigiat, tempusque sequens augmentat in ortum.

Gedruckt bei Hauréau, Les mélanges 180. Findet sich auch Cod. Bern. 710 f. 62 [v] (B). Eine große Zahl anderer Hss. weist Hauréau II 212 nach.
1 Conceptum B. 3 Id solidat B. 4 agmentat in evum B.

fol. 74 v II 7: **271.**

Qui petis unde malum, cum sint bona cuncta creata:
Defectu proprio sunt mala, quę mala sunt.
Cum mater vicio careat, vicium tamen ex se
Et per se cicius dulcia poma trahunt.

Gedruckt bei Hauréau, Notices et E. 28 II 326 = Mélanges poét. d'Hildebert 52, der die Verse in vielen Hss. nachweist.

fol. 74 v II 11: **272.**

Qui Iesum cuiquam precio produxerit umquam,
Hic similis Iudę fit per commentia vitę.

fol. 74 v II 13: **273.**

Tres sacrę partes de Christi corpore signant:
Prima suam carnem sanctosque secunda sepultos,
Tertia viventes: hęc est in sanguine mixta.

fol. 74 v II 16: **274.**

Mater: fili! Christus: mater! Mater: deus es! Christus: sum! Mater: cur ita pendes?
Christus: ne genus humanum tendat in exitium.

2 über in exitium steht ad interitum. Vgl. Notices et Extr. 31, I 58.

fol. 74 v II 18: **275.**

Apostoli: Omnibus exutis nobis tua iussa secutis
Qualis erit merces, dic rex, qui cuncta coherces?
Christus: Ante meum vultum cum nil remanebit inultum,
Iudicium mecum facietis in omnibus equum.

Es folgen noch mehrere ähnliche Fragen und Antworten.

fol. 75 r I 1: **276.**

Aurea materies si iungitur inferiori,
Inferius fit nobilius pro re meliori.
Si res inferior iungatur nobiliori,
Nil capit occiduum melius pro deteriori.

fol. 75 r I 5: **277.**

§ Omnes res gestas faciunt duo: velle, potestas.
Si disiungantur, disiuncta nihil operantur.

2 nil Z. Florileg. Gott. 197 in Rom. Forsch. III 300: disiunctim nil.

fol. 75 r I 7: **278.**

Nupserat Anna viris tribus his; si nosse requiris,
Schluß: Salome que postea nupsit. 4 Hexameter.

Auch in Cod. Boulogne-sur-mer 15. Vgl. Notices et Extr. 32 II 84.

fol. 75 r I 11: **279.**

§ Nostis nempe piam Ioachim genuisse Mariam
. . . . concepit Anna Mariam. 5 Hexameter.

fol. 75 r I 16: **280.**

§ Filia prima datur Ioseph, a quo virgo regatur
. . . . . . peperisse Marias. 7 Hexameter.

fol. 75 r I 24: **281.**

Genealogia sanctę Dei genitricis Marię.

Esmeria et Anna . . . . Ex testimoniis IIIIor evangeliorum et ex epistula Ieronimi contra Helvidium: Sancta Maria . . .

fol. 75 r II 21: **282.**

Hi libri chatolici sunt legendi per circulum anni.

A septuagesima usque ad passionem domini, id est ad XV. diem ante pascha ponunt Eptaticum, id est: V libros Moysi, VI: Iosue, VII: librum Iudicum et VIII: qui apellatur Ruth.

In passione domini usque in pascha ponunt Hieremiam.

In cena domini seu et in parasceue et in sabbato sancto ponunt Lamentationes eiusdem prophetę Hieremię.

A pascha usque ad octavam pentecostes ponunt Apocalipsin et Actus apostolorum cum septem epistolis canonicis, id est Petri, Iacobi, Iohannis et Iudę.

In octava pentecostes usque ad kal. Augusti ponunt librum Regum et Paralipomenon.

A Kal. vero Augusti usque ad Kal. Septembris ponunt Salomonem.

A kal. Septembris usque kal. Octobris ponunt Iob, Tobiam, Iudith, Hester, Esdram et Neemiam.

In kal. vero octobris usque ad Idus Novembris ponunt librum Machabeorum.

A kal. vero Novembris usque ad adventum domini ponunt Ezechielem prophetam cum reliquis minoribus prophetis.

In adventu domini usque ad nativitatem domini ponunt Esayam prophetam.

Post nativitatem domini et sancti Stephani et sancti Iohannis et sanctorum Innocentum statim ponunt epistolas Pauli usque ad Septuagesimam.

Über ähnliche Lektionsordnungen, die sehr zahlreich vorkommen, vgl. Bäumer, Gesch. d. Breviers 275 und 620.

fol. 75 v I 12 — 77 r I 34: **283.**

Aperturi vobis, filii karissimi, evangelia, id est gesta divina, prius ordinem insinuare debemus, quid sit evangelium et unde descendat et cuius in eo verba ponantur . . . .

Unterweisung zur Taufe durch Erklärungen über die Evangelien, das simbolum catholicę fidei und die oratio dominica; Beschreibung des Taufritus.

fol. 77 r II 1: **284.**

De hystoriis que cantantur ab octava pentecosten usque adventum domini. Hystoria de libro regum et lectiones usque ad kal. Augusti . . . mit Angabe der dabei üblichen Responsorien, nebst Melodie in Neumen.

Responsoria de prophetis dicenda a prima dominica mensis Novembris usque in adventum domini: . . .

fol. 77 r II 25: **285.**

Orationes ante benedictiones dicende: Exaudi domine . . .

fol. 77 v I 1: **286.**

Consecratio sacrę virginis, quę epiphania vel in secunda feria pachę aut in apostolorum nataliciis celebratur: Omnes qui ad sacros ordines . . .

Ex canone Cartaginensi kapitulo XII: Sanctimonialis virgo . . . (vgl. Conc. Carthag. IV 11 bei Migne P. L. 84, 201) mit dem Zusatz: Inprimis autem offerantur illa vestimenta ante altare episcopo ad benedicendum.

Animus, mortali carne circumdatus, legem naturę, libertatem licentię, vim consuetudinis et stimulos ętatis evinceret, nisi tu, domine . . . . . Gebet bei der Weihe einer oder mehrerer Jungfrauen.

fol. 78 r I 5: **287.**

Oratio eius, quę (darüber: qui) in castitate vel virginitate cupit permanere. Diz gebet ist vil gǒt tagilich gelesin: Herre Iesu Criste! min gebet irhore du . . .

Gedruckt bei Wackernagel, altd. Pred. 216 (n. 75).

O deus meus! ego indignus homo . . . Gebet.

Am untern Rande in kleinerer Schrift: Missa tibi soli multis ostendere noli!

fol. 78 r II 1: **288.**

Consecratio viduę, que fuerit castitatem professa: Viduę post perlectum evangelium . . .

fol. 78 r II 8 — 102 v I 30: **289.**

Summa cuiusdam magistri super decreta.

Tam veteris quam novi testamenti auctoritatibus edocti sumus, quod et fide firmissima tenemus, quod deus et dominus noster equitatem diligit, iniquitatem odit, iusticiam probat, iniusticiam reprobat, hanc coronans, illam dignis subpliciis condempnans . . .

Eine Zusammenstellung von Sätzen des canonischen Rechtes zu Unterrichtszwecken, wie neben andern die Stelle: exempla supponemus, ex quibus rudis auditor possit animadvertere, lehrt. Seine Absicht gibt der Verfasser in folgenden Worten kund: Cum tot itaque et tantis auctoritatibus astruatur, quod iustis premia, iniustis debentur supplicia, **ecclesiasticam rethoricam,** in qua leges divinę iusticieque continentur, vobis proponere necessarium duximus . . .

Materia huius lectionis est ecclesiasticę censurę disputatio; utilitas est eius canonum cognitio, in ecclesiasticis negociis circumspecta discretio, in dandis consiliis provida et expedita ratio, propositionibus, questionibus subtilis et acuta responsio, omnium controversiarum facilis et rationabilis terminatio. Intentio eius est instruere personas in iudicio constituendas et hoc partim secundum normam canonum, partim secundum artificiosam rethorum doctrinam. — Modus agendi in hoc consistit: Primo quod [lies: quot] et quę sint personę et unde dicantur, cuius auctoritate in negociis constituantur, quę sint earum officia, quę loca, et quę insignia, breviter assignabitur; postmodum de ipsis personis et earum officiis prolixius tractabitur.

Die Gliederung des Stoffes geht sehr ins Detail; auch liebt es der Compilator, Widersprüche zwischen den einzelnen Bestimmungen aufzusuchen und sie zu lösen durch einen Hinweis auf den zeitlichen oder lokalen Grund des scheinbaren Gegensatzes. Oft hilft er sich auch durch die Erklärung: Multa sunt, que ex postfacto convalescunt, que antequam fiant licita non sunt.

Als Quellen nennt er das dictum Gratiani (in einer Appellationsformel erscheint auch die in der Gratianfrage [vgl. Sitz.-ber. der phil.-hist. Cl. der Wiener Ak. 31, 452 und 474; Realencykl. f. prot. Theol. u. Kirche [3] X 11] Schwierigkeiten bereitende Jahrzahl MCV), liber canonum, die Schriften der Kirchenväter, canones apostolorum, Remigius super artem Donati, Albinus in dialogo suo ad Karolum imperat., gesta pontificum, historia ecclesiastica, u. s. w.

Seinen Standpunkt gibt er zu erkennen durch: Dicimus ergo, quod ęcclesiasticis negociis terminandis omnibus aliis scriptis a sanctis patribus editis sacra canonum preponderat auctoritas, quod quidam contra dicere nituntur et hac ratione . . .

Von dieser für die Beurteilung des Rechtsstudiums jener Zeit wertvollen Schrift hat Emil Ott (Wiener Sitz.-ber. 125 VIII) 4 Hss. nachgewiesen, in denen sie ohne Autornamen und in etwas abweichender Textgestalt überliefert ist. Es scheint, daß wir Nachschriften verschiedener Zuhörer, vielleicht auch Nachschriften nicht gleichzeitiger Vorträge vor uns haben. Mit ziemlicher Sicherheit können wir den Schluß ziehen, daß diese Vorträge in Paris gehalten wurden; man könnte versucht sein, darin eine Arbeit des Petrus Cantor zu sehen, von dem eine Abbreviatio super decreta Gratiani verfaßt worden sei (vgl. Gutjahr (-Schmid), Petrus Cantor Parisiensis (1889) 70); doch ist höchst unwahrscheinlich, daß der Schreiber, der beim folgenden Stück des Petrus Namen erwähnt, ihn hier weggelassen hätte, wenn er ihm bekannt gewesen wäre.

Sehr eingehend haben über die Schrift gehandelt Hch. Siegel (Sitz.-ber. d. Wiener Ak. 55 (1867) 540—552), der sie mit dem ordo iudiciarius des Eilbert von Bremen vergleicht, und Emil Ott (Sitz.-ber. d. Wiener Ak. 125 (1892) VIII), der eine Reihe darauf bezüglicher Fragen eingehend behandelt und eine Ausgabe verspricht; s. auch Groeber, Grundriß II 1, 219. Ott setzt die Abfassung zwischen 1159 und 1179. Aus der Appellationsformel, die in jeder Hs. besondere Namen aufweist, läßt sich wenig schließen: in der Wienerhs. (984 = theol. 330 s. XIII fol. 43^{I}—78^{II}) appelliert ein canonicus eccl. b. Mariae Cameracensis vom Gericht des Erzbischofs H. von Rheims, in der Münchnerhs. (C. l. M. 4555 fol. 87^{v}—108^{r}) vom Gericht eines episc. Augustensis, in der Hs. (K 25) des Prager Domkapitels vom Gericht des Bur. Hildensemhensis episc.; in Z appelliert ein minister eccles. Parthenopolitanae vom Gericht des Erzbischofs von Ravenna. Die hinter dem Explicit stehende Formel (abgedruckt in Steinmeyer und Sievers, Die ahd. Gl. IV 674) mag Wackernagel zu der Annahme von der Entstehung in Schaffhausen Grund gegeben haben.

fol. $102^{v\,I\,31}$—$105^{v\,I\,2}$: **290.**

Magistri Petri tractatus, Parisiensis cantoris.

In tribus consistit exercitium sacre scripturę: circa I lectionem, et II predicationem et III disputationem . . . . . . Schluß: unde quidam:

Attrahe per primum, medio rege, punge per imum!
Attrahe, sustenta, stimula, vaga, morbida, lenta.

Potius cura de clavibus Petri, quam de clavibus cellarii: alioquin peribis.

Diese durch zwei Lücken (nach fol. 103 ist ein, nach fol. 104 sind drei Blätter herausgeschnitten worden) beschädigte Abhandlung ist eine kürzere Fassung (Cap. 1—56) des unter dem Titel Verbum abbreviatum bekannten, sehr interessanten Werkes von Petrus Cantor, das bei Migne, Patrol. Lat. 205, 25—176 gedruckt ist. Vgl. Gutjahr, Petrus cantor Parisiensis 59—65; Molinier, Catal. de la bibl. Mazarine I 368. In unserem lückenhaften Exemplar fehlt leider der für die Datierung wichtige Abschnitt (c. 29); ob wir eine frühere kürzere Bearbeitung des Tractats aus den Händen des Verfassers vor uns haben oder eine nachlässige Nachschrift eines Zuhörers, dürfte schwer zu entscheiden sein. Vgl. noch Hauréau, de la philos. scolast. I 343.

fol. 105 v I 3—114 v I 23: **291.**

Elf deutsche Predigten, die bei W. Wackernagel, Altdeutsche Predigten und Gebete (1876) 1—28 ziemlich genau zum Abdruck gebracht sind. Über ihre Quellen und ihre Stellung gegenüber anderen deutschen Predigten jener Zeit handelt Cruel, Geschichte der deutschen Predigt im M.-a. (1879) 200—203; vgl. auch Marbach, Geschichte der deutschen Predigt vor Luther (1873) 190—195.

fol. 114 v I 24—128 r I 34: **292.**

Eine große Zahl von Excerpten und Notizen theologischen, moralischen und grammatischen Inhalts, die durch große rote oder durch kleinere rotgestrichelte Initialen von einander unterschieden werden. Ein Zusammenhang ist nicht erkennbar; ebensowenig offenbart sich ein besonderes Prinzip der Anordnung, z. B.:

Quatuor modis dicitur paradisus; una est, de qua dicitur in genesi ... Mystische Erklärung derselben unter Anführung von Schriftstellen.

fol. 114 v II 4: Igniti serpentes dicuntur, quia . . .

fol. 114 v II 14: Hostia secundum gentiles dicebatur id, quod . . . Victima . . .

fol. 114 v II 30: Omnes homines eque diligendi sunt, . . .

fol. 115 r I 24: In festo MARTIRUM sermo.

Verbum domini ad Zachariam: Sume argentum . . . Hic Iesus dux erat filiorum Israel . . . Schluß: et regnum cum regno.

fol. 115 r II 22: Tres fiebant decimationes sub lege: . . .

fol. 115 v I 7: Tres famosas calamitates passa est Hierusalem . . .

fol. 115$^{v\,I\,31}$: Triplex est sollicitudo, una substantię, secunda quantitatis, tertia qualitatis; . . .

fol. 115$^{v\,II\,17}$: Cum bona opera causa temporalium facimus, veterascunt; cum causa vanę glorię, tunc fures furantur et suffodiunt; cum causa interioris iactantię, tunc a tynea comeduntur. Sumite psalmum i. e. doctrinam verbi celestis et date tympanum i. e. decimas et alia temporalia; psalterium iocundum cum cythara supple: est, i. e. doctrina spiritualium iocunda est cum remuneratione temporalium, . . .

fol. 116$^{r\,II\,17}$: Quatuor modis fit invitatio ad cenam; una est misericordię, . . .

fol. 116$^{v\,I\,26}$: Caritas fide et spe maior est tum essentia, tum effectu . . .

fol. 117$^{r\,I\,11}$: Pompeius primo fecit tributariam Iudeam, non quod singuli pro se tributum solverent . . . specialis tamen causa destructionis eorum fuit, quia Christum crucifixerant.

fol. 117$^{r\,I\,21}$: Veritas duabus de causis occultanda est . . .

fol. 117$^{r\,I\,26}$: Virtutes fiunt in nobis sine nobis, non quod sine voluntate et consensu nostro, sed sine precedente merito nostro.

fol. 117$^{r\,I\,28}$: § Utrum subtractio gratię sit opus dei an diaboli . . .

fol. 117$^{r\,II\,23}$: Lex conprimebat manum et non animum, id est puniebat actum, non voluntatem.

fol. 117$^{r\,II\,29}$: Nota quia dissentit Beda ab Ambrosio de contentione discipulorum . . . Entscheidung über die verschiedene Auffassung einer Lucas-Stelle mit der Entschuldigung: neque mirum, si hic sancti dissentiunt expositores, cum hoc non raro contingat, . . .

fol. 117$^{v\,I\,15}$: Dominus duos ex discipulis . . . . Ad cuius facti similitudinem monachi etiam hodie in agendis exterioribus negotiis iuvenem cum sene foras mittunt, senem quidem quia . . .

fol. 117$^{v\,II\,13}$: Spiritus prophetię et sermo scientię et genera linguarum . . . . . gratię dicuntur spiritus sancti.

fol. 118$^{r\,II\,8}$: Semel comedere in die angelicum est, bis comedere humanum est, pluries comedere bestiale est.

fol. 118$^{v\,I\,16}$: In hac questione est nodus difficilior, scil. qua queritur, utrum aliquis existens in criminali faciat umquam vel facere possit quod sibi prosit . . . Die Lösung erfolgt durch distinguimus.

fol. 118$^{v\,II\,33}$: Queritur etiam an Christus, secundum quod homo, et se deum et se hominem dilexerit, . . .

fol. 119 $^{\mathrm{r\,I\,7}}$: § Quoniam hec presens vita Christianorum quasi militia deo est, ideo sacramenta ecclesię ad modum secularis milicie ordine naturali quasi ordinatim tractanda in sentenciis distincta sunt. Fiat enim aliquis miles, primo exuitur (zuerst excutitur) veteri veste et induitur nova, . . .

fol. 120 $^{\mathrm{v\,I\,16}}$: Dominus crucifixus est in loco Calvarię . . . Die von Ambrosius im Commentum super epistulam ad Romanos gegebene Erklärung von Calvaria hat Hieronymus mit Recht als Fälschung erklärt: illud Ambrosii a falsariis insertum est, qui eius libros maxime per falsas insertiones corrumpere nisi sunt.

fol. 120 $^{\mathrm{v\,II\,3}}$: Dominus, cum dictum esset ei: Descende de cruce et credimus tibi . . . mit einer Anwendung der Weigerung Christi auf das Klosterleben.

fol. 120 $^{\mathrm{v\,II\,16}}$: In primitiva ecclesia quicumque intererant officio missę, tenebantur etiam communicare . . . über das sacramentum osculi et pacis.

fol. 121 $^{\mathrm{r\,I\,34}}$: § Et boni et mali habent potestatem filii dei fieri . .

fol. 122 $^{\mathrm{v\,I\,28}}$: Sermo Mauri in die palmarum.

Verba Ysaię: Oblatus est quia voluit . . . . Hac brevi clausula tria notavit . . . Schluß: . . . domino ostentare sufficiat.

fol. 123 $^{\mathrm{v\,II\,1}}$: In translatione psalterii secundum LXX aliquid est in Hebreo, quod non posuerunt LXX, sed pretermiserunt, et ubicunque hoc occurrit, ibi Ieronimus in sua correctione asteriscum posuit, ...; que additio ubicunque occurrit, ibi Ieronimus obelum posuit . . .

fol. 124 $^{\mathrm{r\,I\,9}}$: Sermo de diviciis.

Facite vobis amicos de mammona . . . Mammona iniquitatis tribus de causis dicitur . . . . Schluß: . . . . in eterna tabernacula, ad que nos . . . Predigtentwurf.

fol. 124 $^{\mathrm{v\,I\,8}}$: Remigius super epistolam ad Hebreos distinguit inter exemplum et exemplar, ... eique consentiendum puto, licet Calcidius in Platone hec pro indifferenti accipiat, unum idemque exemplum et exemplar asserens.

fol. 124 $^{\mathrm{v\,II\,29}}$: Dicitur autem Grece psalterium a Greco psallin, q. e. tangere, Hebraice sephertillin, Latine liber ymnorum vel soliloquiorum . . . Einleitung in die Psalmen, mit Erwähnung von Augustinus und Cassiodorus.

fol. 125 $^{\mathrm{r\,II\,29}}$: § Contra eos, qui dicunt fornicationem simplicem non esse peccatum mortale, ... dixit Iulianus hereticus et quidam moderni . . .

fol. 126 r I 2: Non solum non peierare . . . über Eid und Meineid· . . . . Meliori expositioni non invideo; est enim forte et alia, que non est scripta in libro hoc. Plenius autem de his invenies circa finem tercii libri senenciarum.

Hinweis auf des Petrus Lombardus († 1164) bekanntes Werk, dist. 39: de perjurio = Migne P. L. 192, 835.

fol. 128 r I 25: Lectionem sine stilo sompnum puto.

fol. 128 r I 26: Omnis qui occiderit cayn, VII vindictas exsolvet; ediciones singulorum interpretum (nämlich: Aquila, Symmacus, Septuaginta et Theodocion) cum ipso Hebraico digeramus.

fol. 128 r I 34—139 v II: **293.**

Expositio fidei katolicę.

Apud Aristotilem argumentum est ratio rei dubie faciens fidem, sed apud Christum argumentum est fides faciens rationem, . . .
Schluß: nulla mortis necessitate negans eam.

Eine Auslegung des Athanasianischen Glaubensbekenntnisses, in welcher Stellung genommen wird gegen die Aristotelische Philosophie. Z bietet besonders gegen das Ende bedeutende Abweichungen vom Text der Ausgabe, die nach einer Hs. von Montecassino gemacht wurde (Biblioth. Casinensis IV (1880), Florileg. 322—346). Infolge der Identifizierung des Johannes Scotus super ierarchiam Dionisii mit dem 1308 verstorbenen Joh. Duns Scotus setzten die Hgg. die Abfassung erst ins XIV. Jahrhundert. Hauréau, Notices et E. III 250—259 hält den Canonicus Simon von Tournay, der um 1200 in Paris lehrte, für den Verfasser; vgl. Ueberweg-Heinze, Grundr. d. Gesch. d. Philos. II 198; Groeber, Grundriss II 1, 193.

fol. 139 v II 1: **294.**

Pater noster. Sciendum est, quod hec oratio dominica dicitur . . . . quia in futura vita nullum erit malum.

Kurze Auslegung des Pater noster von unbekanntem Verfasser.

fol. 140 r II 26: **295.**

DE PENITENTIA.

Babtizato homine si contingit, quod vestem innocentię peccando dilaceraverit, ...

Zitiert werden Johannes Constantinopolitanus episcopus, Augustinus, Ambrosius u. a. m.

fol. 141 r I 1: **296.**

De septem modis indulgentię.

Baptismus est prima indulgentia, II. pęnitentia, . . .

fol. 141 r I 7: **297.**

Interpretatio nominum XII patriarcharum.

Iudas interpretatur confessor; . . . .

fol. 141 r I 13: **298.**

I a. Imperatrix reginarum
et salvatrix animarum,
preciosa margarita,
rosa gelu non attrita;

I b. Lux solaris, clara stella
spiritalis dei cella,
paradysi patens porta,
per quam salus fuit orta.

II a. Benedicta gloriosa,
super omnes speciosa,
virga Iesse generosa,
pulchra nitens et formosa;

II b. Vas electum creatoris,
medicina peccatoris,
super choros angelorum
exaltata, spes lapsorum.

III a. Lepra tabens peccatorum,
ad te clamo, fons hortorum:
in extremo vitę pyrgo
nos tuere, pia virgo!

III b. Vitis sacra, mitis uva
fidem sicientes iuva!
ex olivę tuę ramo
mitte guttam, quam reclamo.

IV a. In camino viciorum
stabilivi mihi thorum,
ex mamilla pietatis
funde rorem castitatis;

IV b. Cuius sacrum per liquorem
tu extingues hunc ardorem,
aut per spiritalem facem
prorsus uras hanc fornacem!

V a. Magna flamma iam surrexit,
multus inde fumus exit;
ita fumi fętor olet,
sulphur ut olere solet;

V b. Inimicus ob reatum
talem dedit odoratum;
sed tu pia, tu regina,
fac ut cadat hec pruina.

VI a. Fac calere solem vitę,
et pruinam hanc remitte!
ipsum solem interpella,
per quem nobis lucet stella,

VI b. Ut in sole, quem rogamus,
tabernaculum ponamus;
et ab ipso doceamur,
quod per iter gradiamur.

Gedruckt: Mone, Lat. Hymnen des M.-a. II 421 (n. 604). I a 4 atrita Z. III a 2 ortorum Z. III b 2 uíua Z. IV a 1 Tum in Z. VI a 3 intelpella Z.

fol. 141 r I 34: Videndum est quod quatuor sunt timores, . . .

fol. 141 v II 13: Prima etas ab Adam . . . von den Zeitaltern und Menschenaltern.

fol. 141 v II 34: **299.**

Omina sunt hominum tenui pendentia filo.

Nach Ovid ex Ponto IV 3, 35 gebildet; vgl. Roman. Forsch. III 297. Hildebert bei Migne P. L. 171, 1349. Wiederholt fol. 153 r II 26.

fol. 142$^{r\,I\,2}$: **300.**

De quatuor regnis.

Sceptriger Assirius tenet orbis climata primus,
Inperio mundi tumuere Perse secundi,
Grecia sceptra gerit, quia tercio regna subegit,
Roma fremens feritas quarto tenet orbis habenas.

1 Sceptrier. clyma. 3 Gretia. Glossen: 1 in ninive. 2 in Babilonia. 3 Macedo Alexander.

fol. 142$^{r\,I\,7}$: **301.**

Roma tenet morem nondum saciata priorem;
Roma sitit, siciensque bibit, bibit atque bibendo;
Quid faciat nescit, quia plus sitis arida crescit.
Nec minuetur ei sitis inmensȩ rabiei,
Ni prius in Roma distillent aurea poma.

1 s. Carm. Bur. p. 23. 2, 4, 5 = fol. 15$^{r\,II\,9}$ = **135**. Vgl. N. Archiv II 400.

fol. 142$^{r\,I\,12}$: **302.**

§ Tres contra dominum coniuravere potentes,
Rex et Wibertus et Roma, deum reprobantes.

Rex, Wibertus eum diademate quod decoraret,
Wibertus, quod eum papam sua Roma vocaret,
Roma, quod amborum thesauros evacuaret.

Sed neque rex, neque Wibertus, neque Roma videbunt,
Quod voluere diu, requiem nec habent nec habebunt.

Wibertus Stigios disponit pontificatus,
Et rex interiit diademate despoliatus.

Romam vexat adhuc amor inmoderatus habendi,
Que tamen eriperet sibi iudicis ira timendi.

Hg. v. Dümmler in Mon. Germ. hist. 4°: Libelli de lite III 703. Auf den früheren Druck bei Giesebrecht, Gesch. d. dtsch. Kaiserzeit III 1263 = III^{5} 1278 hatte s. Z. schon Wattenbach hingewiesen.

fol. 142$^{r\,I\,23}$: **303.**

§ Ingrederis Rŏdolfe, viam, que nec redeunti
Se facilem neque difficilem se prestat eunti.

Tutus abis moderante tuam virtute phasellum;
Portum pacis habet, cuius tenet anchora celum.

Celum laudum pascens sua gaudia luctu [!]
Nunc tibi centeno cumulata dat horrea fructu.

Celum thesauros aperit tibi deliciarum
Balsama pretendens et aromata celicolarum.

Zu 5 vgl. Wattenbach, N. Archiv XX 652.

fol. 142 $^{\mathrm{r\ I\ 31}}$: **304.**

§ Dum licuit, tua dum viguit, Fridirice potestas,
Fraus latuit, pax multa fuit, regnavit honestas.

2 pex Z.

fol. 142 $^{\mathrm{r\ I\ 33}}$: **305.**

Vivere fortassis plus posset, sed quia crassis
Institit angvillis, mortem gustavit in illis.

fol. 142 $^{\mathrm{r\ II\ 1}}$: **306.**

§ Hic iacet Herodes Herode ferocior, huius
Spiritus infernum polluit, astra, solum.

2 vgl. fol. 4 $^{\mathrm{v\ I}}$ unten (s. p. 20).

fol. 142 $^{\mathrm{r\ II\ 3}}$: **307.**

§ Cum fueris felix, multos numerabis amicos:
Nubila si fuerint tempora, solus eris.

solis Z. Nach Ovid Trist. I 9, 5: vgl. Florilegium Gotting. 20 = 162 in Rom. Forsch. III 285.

fol. 142 $^{\mathrm{r\ II\ 5}}$: **308.**

Fama, decor, sensus, flos formę, copia census,
Marcet, fuscatur, iacet, interit, annichilatur.
In te florebant, Iacob, hec, dum fata sinebant;
Ecce videre potes, quid prosunt tot tibi dotes.
Qui legit attendat, quo mundi gloria tendat:
Gloria res vana, dolus et vesania plena.

fol. 142 $^{\mathrm{r\ II\ 11}}$: **309.**

§ Mors animę triplex, sed in hoc est corpore simplex;
Hic moritur viciis, postea supliciis.
Tertio dampnatur, dum corpus ei sociatur;
Ergo manendo perit, quod male semper erit.
Sed tria iustorum sunt vitę dona laborum:
Spes, amor et species, omnia que deus est.
Hic dum speratur, patrię requies et amatur,
Illic percipitur, quo deus aspicitur.
Visio namque dei summam confert requiei.

Vos ergo patres, vos in domino rogo fratres,
Ut memores sitis, quem cinerem teritis.
Viva mei transit pars, vivificanda remansit,
Vt spes unius vita sit alterius.

fol. 142 $^{\text{r II 24}}$: **310.**

Flos campestris ego, quia sum de virgine virgo,
Virginis ut prati flos filius est inarati. 8 Verse.

fol. 142 $^{\text{r II 32}}$: **311.**

§ Virgine flos Iesse qui semper habet deus esse,
In te, virgo, viret, homo ne moriendo periret.

Eine Reihe von je 1, 2 bis 4 Versen ohne Zusammenhang aneinander gereiht und durch § bezeichnet.

fol. 142 $^{\text{v I 20}}$: **312.**

Dies egipciaci duodecim mensium cum horis.

Prima dies Iani timor est et septima vani.

24 Verse; nach einer Abschrift aus Z von H. Hagen hg. v. W. Schmitz im Rhein. Mus. 23, 520 = W. Schmitz, Beiträge zur lat. Sprach- u. Liter.-kunde (1877) 309 f. v. 9. Maiius: Tertius hoc captat Maii, quod. 10 cum vulnere. 19 decimusque. 23 Hoc dat bissena decimi, quod septima dena. Planius sic: Septima cum dena . . . .

fol. 142 $^{\text{v I}}$ unten: proastium i. e. anewande; tigillum i. e. anehŏe.
fol. 142 $^{\text{v II 12}}$ — 142 $^{\text{v II 34}}$: Excerpte von je zwei und drei Versen:

A pereunte via retrahat nos virgo Maria . . .

fol. 142 $^{\text{v II 17}}$: **313.**

§ Crede deum, credasque deo, plus crede valere,
Quod credas in eum, quam vel ei vel eum.

Vgl. Graecismus XVII 93 f; Hauréau, Notices et E. 29 II 330.

fol. 142 $^{\text{v II 19}}$: **314.**

§ Cum delictorum sanet confessio morbum
Morte perit celans, vivit peccata revelans;
Culpa iacens crescit neque semper inulta putrescit.

2 zelans, darüber die Gl. occultans.

fol. 142 $^{\text{v II 21}}$: **315.**

§ Extra fortunam est quicquid donatur amicis;
Quas dederis, solas semper habebis opes.

fol. 142 $^{\text{v II 23}}$: **316.**

§ Quilibet adtendat, quid sit vel quo caro tendat;
Quanto quisque foris maioris habetur honoris,
Tanto plus ploret, plus oret, plusque laboret,
Ne, per quod floret, foris interiora minoret.

fol. 142 v II 27: **317.**

§ Non a quo, sed quid dicatur, sit tibi curę;
Fructu, non foliis pomorum quisque cibatur,
Et sensus verbis anteferendus erit.

Angeführt v. Gaufred in Migne P. L. 205, 833.

fol. 142 v II 30: **318.**

§ Auro quid melius? iaspis. quid iaspide? sensus.
Quid sensu? ratio. quid ratione? deus.

Vgl. Anthol. Lat. ex rec. Riese 898 und II p. LXXVIII; Mone, Anzeiger VII 506; Florileg. Gotting. 299 in Rom. Forsch. III 308.

fol. 142 v II 33: **319.**

Epitaphium.
§ Mortuus est Ursus, sed habebit vivere rursus;
Mortuus est Berno, vivat cum rege superno.

fol. 143 r I 1 — 146 r I 14: **320.**

Regulę et versus de formis preteritorum.

Omnia verba primę coniugátionis et activę terminationis a secunda persona presentis temporis formant preteritum perfectum . . .

Die in Prosa aufgestellten Regeln folgen in Versen mit Interlinearglossen:

As in preterito vi suscipit s removendo . . .

Schluss des prosaischen Textes: . . . preter ambio, quod producitur ut ambîtum.

Schluß der Verse: Constat et ambitum, non corripit ambio solum.
Expliciunt versus de formis preteritorum.

Nach einer Abschrift von Ed. Wölfflin hat Hagen in den Anecd. Helvet. praef. LXV—LXIX einen Teil dieses grammatischen Traktates zum Abdruck gebracht und auf den Verfasser hingewiesen. Alexander de Villa dei hat in seinem Doctrinale (v. 698—931) diese Verse z. T. herübergenommen und darein die Interlinearglossen verarbeitet, sodaß dieser Traktat als die von ihm mit hinc de preteritis Petrum sequar atque supinis gekennzeichnete Quelle zu betrachten ist. Dieser Petrus ist kein anderer als Petrus Riga († 1209), von dem auch andere Stücke in Z sich finden. Thurot, Notices et E. 22 II 26 kennt noch zwei andere Hss. Vgl. auch Reichling, Das Doctrinale p. LXXVII; Groeber, Grundriß II 1, 389.

fol. 144 v unterer Rand: **321.**

LVX.
Fklkb sxm splks . . .

Bekanntes Rätsel in Geheimschrift und gewöhnlicher Schrift; gedruckt: Hagen, Anecd. Helv. XVII nota.

fol. 146 r I 16: **322.**

Duo philosophorum genera traduntur: unum Italicum ex parte Italię, quę quondam Magna Grecia nuncupata est; alterum Ionicum in eis terris, ubi nunc Grecia nominatur.

Italicum genus auctorem habuit Pitagoram Samium; Ionici generis princeps fuit Thales Milesius, unus illorum VII, qui dicti sunt sapientes.

Thales tam admirabilis fuit, quod potuit astrologię numeris conprehensis defectus solis et lunę dicere; aquam putavit principium rerum; hinc omnia elementa mundi et mundum et que in eo gignuntur existere. Nichil autem huic operi, quod mundo considerato tam mirabile aspicimus, ex divina mente preposuit.

Huic successit auditor eius Aneximander, mutavitque de natura rerum opinionem, dicens infinita rerum principia, non humorem tantum. Aneximenes huic succedens causas rerum aeri dedit et deos dixit ex aere ortos. Anaxagoras, eius auditor, dixit omnia existere divino animo faciente. Diogenes, alter auditor Anaximenis rerum materiam dixit aerem, de quo nichil sine divina ratione fieri affirmavit. Anaxagore successit auditor eius Archilaus. Huius discipulus Socrates fuit. Socrates primus universam philosophiam ad corrigendos mores flexisse memoratur, cum ante illum magis physicę curam inpenderint. Hunc postea illa ipsa, que publice dampnaverat, Atheniensium civitas publice luxit ita, ut unus accusatorum vi multitudinis oppressus interiret, exilio autem penam similem alter evaderet. Tam clara igitur vitę mortisque fama multos suę philosophię sectatores reliquit.

Sic dissenserunt Socratici, ut vix credibile sit, eos unum habuisse magistrum. Quidam summum bonum dixerunt voluptatem, ut Aristippus; quidam virtutem, ut Antistenes. Sed inter discipulos Socratis non quod inmerito excellentissima gloria claruit, qui omnino ceteros obscuraret, Plato.

Hic peregrinatus est, quaquaversum eum alicuius scientię percipiende nobilitate fama rapiebat. Itaque in Egipto didicit quecumque magna illic habebantur. Inde in eas partes veniens Italię, ubi Pitagoreorum fama celebrabatur, quicquid Italicę philosophie tunc florebat, facillime conprehendit, et quia magistrum suum Socratem singulariter diligebat, eum loqui in operibus (Erklärung: i. e. libris) suis fecit.

Si Plato veri dei imitatorem, cognitorem, amatorem dixit sapientię, cuius participatione sit beatus, quid opus est excutere philosophos ceteros? Nulli philosophi Christianis propius quam Platonici accesserunt.

Stoici in igne, Epicurus in athomis principia rerum ponunt. Non dubitat Plato, hoc esse philosophari, amare deum.

Mirantur multi, cum audiunt Platonem sensisse congrua veritati nostrę religionis. Unde putatur in Egipto Ieremiam et alias propheticas audisse scripturas. Sed secundum cronicam ferme C annos post, quam prophetavit Iheremias, natus est Plato. Qui cum LXXXI annum vixisset, ab anno mortis eius usque ad id tempus, quo Ptolomeus rex Egipti per LXX[a] viros Hebreos, qui etiam Grecam linguam noverant, propheticas scripturas accepit, anni reperiuntur ferme LX. Quapropter in illa peregrinatione nec Ieremiam vidit tanto ante defunctum, nec scripturas legit, que nondum erant translatę in Grecum, nisi forte, quia fuit acerrimi studii, sicut Egiptas ita et istas per interpretem didicit. Nam Moyses dicit: Fecit deus celum et terram; Plato: terram et ignem, cui tribuit locum celi, deinde duo internexa, aerem et aquam. Unde putatur sic

intellexisse, quod scriptum est: Spiritus domini ferebatur super aquas, parum attendens, quo more soleat illa scriptura appellare spiritum dei, quoniam et aer spiritus dicitur. Videri potest opinatus esse, IIII[or] elementa illo loco conmemorata.

Plurimum me adducit, ut assentiar Platonem illorum librorum non fuisse expertem, quod Moyses dicit: qui est, misit me ad vos, tanquam in eius conparatione qui vere est, quia inconmutabilis est, alia non sint. Vehementer hec Plato et diligentissime conmendavit.

fol. 146 v I 17: **323.**

De uno deo Platonici melius senserunt.

Post mortem Platonis Eusippus, filius sororis eius et Xenocrates dilectus discipulus eius in scolam eius, que dicitur achademia, successerunt. Unde dicti sunt achademici. Nobilissimi tamen eorum noluerunt se dici achademicos aut perhipateticos, sed Platonicos. Ex quibus valde nobilitati Greci: Plotinus, Iamblicus, Porphirius; in utraque lingua Greca et Latina Apuleius Affer nobilis Platonicus fuit.

Plato censet civitate pellendos poetas, qui tam indigna deorum magestate atque bonitate carmina conposuerunt.

fol. 146 v I 28: **324.**

Ungeordnete Excerpte und Sentenzen: § Nichil intulimus in hunc mundum, sed nec auferre possumus. § Mala mors non est putanda, quam bona vita precesserit. Curatio funeris, condicio sepulturę, pompa exequiarum magis sunt vivorum solatia quam mortuorum subsidia. Theobrotus lecto Platonis libro de inmortalitate animę, de muro se precipitem dedit; . . .

fol. 146 v II 2: Dee (corr. aus Dii) ruris Rusina, . . .; Excerpt aus Augustin de civ. dei IV 8.

fol. 146 v II 16: Tres Veneres . . . Excerpt aus Augustin de civ. dei VII 6.

fol. 147 r I 1: Varro utile dicit esse civitatibus, ut se viri fortes credant diis genitos, ut presumant aggredi magna. Herculis edituus ociosus atque feriatus lusit thesseris utaque (lies: utraque) manu alternante, in una constituens Herculem, in altera se ipsum . . .
Schluß: Tarutius occurrit, eamque dilectam heredem fecit.

fol. 147 r I 16: Ira dei non est perturbatio animi eius, sed iudicium, quo irrogatur pena peccato; . . .

fol. 147 r II 14: **325.**

Qui sitit, ad fontem veniat potumque salubrem
Hauriat ex vena spiritualis aquę.
Grecorum latebras resero, cunabula vocum
Explico, cum multo fenore verba creo.

Dum lingue̜ linguam socio, vocesque marito
    Vocibus, in coitu dictio queque parit.
Que̜ sterilis fuerat aut simplex dictio, pro me
    Solvitur in partes, multiplicatque genus.
Sermonem patrium dico, vocumque ruinas
    Suscito, vivifico verba sepulta diu.
Inbuo lacte rudes, alii secreta Minerve̜
    Enucleo, cuneis verba moneta novis.
Ex fama lucis radios, ex cortice granum,
    Ex testa nucleum nostra Talía trahit.
Si nomen meruit Rȯdolfus habere decani,
    Gramatice primas noster Halanus erit.
Scemata verborum novi distinguere, nec me
    Gramatice̜ proavus equiperare potest;
Et iam quas dives habet allotheta figuras,
    Lingua studet mentis enucleare cadis.
Mellifluas igitur vigili bibat aure scolaris
    Quas de tesauro profero cordis opes.
Ecce figurarum legem mea Musa reponit,
    Huius ut auditor sentiat artis opem:
Hostem sarchasmos deridet, yperbola verum
    Tranvolat, eclipsis non reticenda tacet.
Par variat metaplasmus, apostropha vocem
    Dirigit, apologus fingere multa studet.
Enphasis expresse loquitur, pleonasmos habundat
    Iptote pauca sonat significatque magis.
M necat eclipsis, socias sinalimpha vocales
    Collidit, themesis continuanda secat.
Quam natura brevem iubet esse, diastole longam,
    Sistole productam precipit esse brevem.
Palliat in simili transsumpta metaphora verum,
    Personas scimat prosopopeia novas,
Antithosis gaudet casus narrare, prolempsis
    Explicat in menbris anticipata simul.
Uteris endagade, si dixeris „arma virumque“.
Anthifrasis lentis verbis contraria, vitem
    Ponere pro vino metholomia solet.
Sinodoche ponit totum pro parte, vagatur
    Enbasis, assignat thopographia locum.
Albis intitulat epitheton candida cornu.
Aufert apochope finem, quem dat paragoge;
Sincopa de medio tollit, quod apenthesis auget,
Penthesis adponit capud, afferesique recidit.
Innumeras etiam recolit mea Musa figuras,
    Sed dedignantur verba subire metrum.

6 choitu. 6 p̱it. 12 cuneọs (i above). 17 Scemate. 24 senserat ciat. 27 Pars. 29 h̄udat. 30 = Litotes? sgq (u above); 33 vgl. Graecismus I 11. 35 methā. 37 prolēpsis. 39 = hendiade? Vgl. Graecismus I 57. 42 viuo. metholomia = metonymia. 44 epitethon.

Das Fehlen einiger Pentameter, das in Z nicht kenntlich gemacht ist, legt die Vermutung nahe, daß wir es hier mit einem blossen Versuche zu tun haben, den man vielleicht mit dem Scematicum opus, von welchem Matthieu de Vendôme spricht (Sitz.-ber. d. baier. Ak. II (1872) 571), identificieren darf. Eine prosaische Zusammenstellung s. Matthæi Vindocinensis ars versificatoria [ed.] Bourgain 6–10.

fol. 147 v I 29: **326.**

Orbis factor, rex eterne, eleyson kyrie, kyrie! . . .

Weitverbreiteter Tropus zum Kyrie. vgl. Gautier, Hist. de la poésie liturg. I 242.

fol. 147 v II 4: **327.**

Ad decus ecclesię recitatur hodie: Lectio libri apocalipsis Iohannis ap. Ein tropirtes kurzes Stück dieser lectio.

fol. 147 v II 23: **328.**

I. Rosę nodum reserat   veri solis radius,
dum ad ortum properat   verus dei filius:
hunc mundus incarcerat,
qui mundana liberat,   inclinato die
nocti lucem generat   gratia Marię.

II. Stirps Iesse progreditur;   nova fit insicio:
surculus inseritur,   sed non fit incisio:
dum Christus concipitur,
castitas non leditur;   nova res: puella
parit, et conplectitur   firmamentum stella.

Gedruckt bei Milchsack, Hymni et sequentiae 224; Dreves, Anal. hymn. 20, 89.

fol. 147 v II 29: **329.**

Cortex occidit litterę,   sed spiritus vivificat;
sed plus quam sat est sapere   turrim Babel edificat:
    cor hominis letificat
vini potus vel sicerę,
si non cogat excedere,   quod fides patrum predicat.

Gedruckt bei Milchsack, Hymni et s. 174; Dreves, Anal. hymn. 20, 41 hat noch 4 Strophen. 4 cicerę Z, doch corr.

fol. 147 v II 32: **330.**

I. Homo natus   ad laborem
tui status,   tuę morem   sortis considera
propensius!
me parcius   querelis aspera!
Questus ergo reprime,
nec animę,
quid misere   conmiseris,
quid pateris,   miser inpropera!

II. In abissum culpę ducis,
que conmissum opus ducis, procuras temere:
Me perimis,
cum opprimis peccati pondere.
Tibi nomen animę
iam adime,
quia recte non animas,
cum perimas me mortis opere.

Gedruckt: Flacius, Varia doctor. . . . poemata 75; Dreves, Anal. hymn. 21, 115, der 4 Strophen bringt, möchte das Lied dem Philippe de Grève zuschreiben; vgl. Roth, Rom. Forsch. VI 444: dicta cancellarii Parisiensis. 5 conprime Z, re über con. 8 miser fehlt Z. 12 oprimis Z. 15 recte iam non Z.

fol. 148 r I 5:

331.

I. Virgo deum generat nobis incarnatum,
iam, quem lex promiserat, intuemur datum;
iam pater accelerat solvere reatum
humanę miserię.

II. Virgo parit puerum integro pudore,
neque dolet uterum parientis more,
lactat regem siderum celi plena rore,
* * * * * *

III. Eia! fratres! utinam
hanc possemus dominam ipsam collaudare;
ego nunquam desinam, immo volo dare
laudes sine termino.

fol. 148 r I 13:

332.

Austro terris influente surgens cedit aquilo;
flatu sacro succedente pulso mentis nubilo
fervet ignis, sed fecundans
et humanum cor emundans a letali frigore.

Innovatur terra vetus novo more germinans:
parit virgo, prodit fetus Evę luctum terminans,
quo conplente ius legale
terminatur; celoscalæ via patet regia.

Serpens dirus extirpatur ad vagitum pueri,
per quem pauper liberatur, potens datur carceri;
ab erroris via flexus
patris redit in amplexus minor natu filius.

Gedruckt bei Milchsack, Hymni et s. 186; Dreves, Anal. hymn. 20, 79. 9 durus Z.

fol. 148 r I 23:

333.

I. Novum sibi texuit dominus lumbare,
volens quod computruit in hoc conpensare,
sterilis letare!
Nato Christo paries, ut Iudeum supplantare
tuus possit paries.
II. Prius tactu fimbrię menstrua curatur,
Iayri quam filię sanitas reddatur.
Per acum intratur
camelus gentilium, nec Helias aspernatur
viduę tugurium.
III. Esau repudiat Iacob, Christus gratis
vocat et iniciat fidem trinitatis;
cuius dignitatis
signum dedit gentibus, Iacob natis cancellatis
benedicens manibus.

Gedruckt: Varia doctor. 72: Dreves, Anal. hymn. 21, 34. Milchsack, Hymni et s. 201. Cod. S. Gall. 383 saec. XIII pag. 165 mit zweistimmiger Melodie (G). 2 q̄ concupivit Z. cum pensare G. 4 suplantare Z. 6 mēstua Z. 8 Camelis G. 12 fide G.

fol. 148 r I 31:

334.

I. De naturę fracto iure ratio miratur;
sicut docet litera,
virgo fit puerpera!
virilis expers seminis
alvus tumescit virginis,
re nominis in virgine servata.
II. Verbum patris lux eterna
luce lucet hodierna,
lucet lux in tenebris,
sed latebris nostrę carnis palliat,
nec minus radiat deitas vestita.
III. Quid pervertis nec advertis legis ad umbracula,
Iudea incredula!
mentem legis male legis; medullam corticis
non elicis;
vanis herens doces vana, dum spica paleas,
quas teneas,
colligis, non grana.

Gedruckt bei: Varia doctor. 72; Dreves, Anal. hymn. 20, 78; Milchsack. Hymni et s. 193. 16 pallias Z.

fol. 148 r II 6:

335.

I. Fontis in rivulum sapor ut defluit,
odor ut vasculum infusus inbuit,
sic vita populum regentis instruit,
sic testa figulum probat vel arguit.

II. Prelati munera preponunt meritis:
opes, non opera pensant in subditis.
Inde vox libera clamat in compitis:
„honores dextera dispensat divitis!"

Gedruckt bei: Varia doctor. 38; Rom. Forsch. VI 450; ob diese kürzere Fassung, oder die von Dreves Anal. hymn. 21, 146 herausgegebene in 6 Strophen ausgeführte die ursprüngliche sei, ist nicht mehr zu bestimmen; ich meinerseits halte die unsrige für die ältere, weil kräftigere. 7 conpetis Z.

fol. $148^{r\ II\ 11}$:

336.

I^{a}. O! qui cuncta prospicis!
punies in clericis adipem superbię?
quos nec terror iudicis, nec legis, nec gratię cohibent mandata.

I^{b}. De sudore pauperis
ornant equos phaleris et se veste varia;
defluentes prosperis sui luxus gloria predicant peccata.

II^{a}. Ha! cum iudex venerit,
et cum ventilaverit triticum in area,
fructum qui non fecerit, de cultoris vinea palmes excidetur.

II^{b}. Cicatrices vulnerum
Christi, clamor pauperum, sordes, quas non tersimus,
accusabunt operum; primus et novissimus quadrans requiretur.

Gedruckt: Flacius, Varia doctor. . . . poemata 38; Rom. Forsch. VI 450; Dreves, Analecta hymnica 21, 146. 5 emunt Z. uestæ uana Z.

fol. $148^{r\ II\ 21}$:

337.

Missus Gabriel de celis
verbi baiulus fidelis
sacris disserit loquelis
cum beata virgine.

Verbum bonum et suave
pandit intus in conclave
et ex Eva format ave
Evę verso nominę.

5 Doppelstrophen. Diese Weihnachtssequenz wurde später durch Einschub einer Doppelstrophe nach der ersten zu einer Sequenz für Mariae Verkündigung zurecht gemacht und fälschlich dem Adam de Saint-Victor beigelegt. Daß sie aus Frankreich stammt, beweist auch ihr Vorkommen in der Hs. 383 in St. Gallen, wo sie p. 133 mit der Melodie als Prosa de s. Maria erscheint. Vgl. die Hinweise bei Chevalier, Repert. hymnol. II 112, nro. 11636.

fol. $148^{v\ I\ 3}$:

338.

Dies ista, dies preciosa,
dies nati regis gloriosa,
hac de stirpe David generosa
Christus natus prole speciosa.

Regem regum virgo mater dei plena gratia
suum parit patrem, cuius mater est et filia.
Novum festum, novum opus, nova sunt solempnia,
novus annus, novum festum, nova sit leticia.

Wenn nicht das einheitliche Versschema der vorhergehenden Sequenz und die offensichtliche Doxologie dagegen sprächen, so wäre man versucht, dieses Canticum als Schluß der Weihnachtssequenz zu betrachten; Dreves, Anal. hymn. 20, 110 zieht es zum folgenden Stück, vielleicht mit Recht. 2 glosiosa Z. 5 Christi dei Z, das erste gestrichen.

fol. 148 v I 9: **339.**

I. Exulatur a celesti domo
Cuius odor fraglat cynamomo;
Inmortalis fit mortalis homo
Manducato noxiali pomo.

Manducavit homo pomum et in mortem corruit,
Cuius culpam ut deleret, deus nasci voluit,
Et, ut servum liberaret, deitatem vestiit,
Deitatem vestiit.

II. Deus est, sed homo fit pro mundo,
Ut mundaret mundum ab inmundo,
Quem, ab hoste captum furibundo,
Liberavit plausu letabundo.

Liberavit homo factus celi factor hominem,
Quem creavit et formavit ad suam imaginem,
Cui portas reseravit per Mariam virginem,
Cui Eva clausit portam evertitque cardinem.

III. Eva quidem nos mortificavit,
Sed Maria nos vivificavit,
Que celorum regem generavit,
Cuius ortus nos purificavit;

Quos a iugo servitutis simul et miserię
Liberavit sacramentis legis necessarię,
Cuius festum preciosum recolentes hodię
Exultemus et cantemus canticum leticie.

Dreves, Anal. hymn. 20, 110. 8 deitate Z.

fol. 148 v I 25: **340.**

I. Latebat in scriptura
miranda genitura dei et hominis;
per partum virginis
unitur creatura naturę numinis
in dispari natura.

O partium disparium mirabilis iunctura!
remedium nascentium de carne peritura!

II. Descensus redemptoris
in hortum novi floris   fecundat loculum,
in quo signaculum
non reserat pudoris;   prodit miraculum
ex litterę figura.
O partium disparium   mirabilis iunctura!
remedium nascentium   de carne peritura!

III. Par patris in usia
discumbit in Maria;   locum discubitus
parat paraclitus;
deletur inargia   malignus spiritus
et mortis aggressura.
O partium disparium   mirabilis iunctura!
remedium nascentium   de carne peritura!

Den bei Strophe II nur angedeuteten Refrain (O partium disparium) habe ich, wie auch bei III, ganz hergesetzt. Gedruckt Mone, Anzeiger VII 111. Die Verse sind also wohl von Petrus Pictor.

fol. 148 v II 1:

341.

I. Captivata largitas   longe relegatur,
exulansque probitas   misere fugatur;
dum virtuti pravitas   prave novercatur,
imperat cupiditas   atque principatur.
Nummus vincit, nummus regnat, nummus cunctis inperat;
reos solvit, iustos ligat, inpedit et liberat.

II. Solum nunc in precio   precium habetur,
et virtutis mentio   penitus deletur;
quod veretur ratio,   nemo iam veretur,
suo dum erario   quicquam amplietur!
Nummus vincit, nummus regnat, nummus cunctis inperat;
reos solvit, iustos ligat, inpedit et liberat.

III. Quondam diffusissimum   verbum do, das, dedi
nunc est angustissimum,   plus quam possit credi:
verbum nobilissimum,   quo fugisti, redi!
cedit, quod est pessimum,   gratia mercedi.
Nummus vincit, nummus regnat, nummus cunctis inperat;
reos solvit, iustos ligat, inpedit et liberat.

IV. Fuerant antiquitus   presules dativi;
omnes pene penitus   nunc sunt ablativi,
et virtuti funditus   sunt adversativi:
vendunt, non dant, reditus   hospiti vel civi.
Nummus vincit, nummus regnat, nummus cunctis inperat;
reos solvit, iustos ligat, inpedit et liberat.

Gedruckt bei Wright, Walter Mapes 151, aus einer engl. Hs., in welcher der Refrain fehlt. In Z findet er sich, ohne als solcher bezeichnet zu sein, nur nach der ersten Strophe; auch hat Wright (= W) zwei Strophen mehr. 3 veritas W. 7 nunc] nec W. 10 applicetur W. 15 quo] quod W. 16 cedet W. Nach 16 hat W: Exulante gratia . . . . 21 funditus] penitus W. 22 redditus W. 24 W fügt am Schlusse bei: Sed cur generaliter . . .

Der Witz mit den Namen der Casus war allgemein beliebt; der von Wattenbach aus Cod. lat. Monac. 641 im Anzeiger f. K. d. d. V. XVIII (1871) 339 gedruckte Spruch lautet in der Wettingerhs. fol. 26 I vom Jahre 1455:

Vocativos oculos,
ablativos loculos gerunt mulieres,
Si dativus fueris,
genetivus fieri potueris, sed queris.

Andere Beispiele bieten Hubatsch, Die lat. Vagantenlieder 24 u. 54; Gutrundt, Zehend Gespräch v. der Geistl. zuviel Ehr u. Geltgeitz (1618) 57.

fol. 148 v II 14: **342.**

I a. Hospita in Gallia nunc me vocant studia:
Vadam ergo; flens a tergo socios relinquo.
I b. Plangite, discipuli! lugubris discidii tempore propinquo.

II a. O consortes studii, deprecor, valete!
Quos benigne colui, filii, dolete!
II b. Classem solvo litore regigo (!), videte!
Proficiscor peregre, socii, deflete!

III a. Versibus eleicis cetum discipulorum
Conmendo cum lacrimis deo deorum:
III b. Foveat et protegat magnos cum pusillis!
Custodiat et maneat perenniter cum illis!

IV a. Rorate, mea lumina, super gregem meum!
Si concedent numina, revisitabo eum;
IV b. Et, sicut a principio, super hunc regnabo,
Si non in exilio miser expirabo.

Dieses Abschiedslied eines auf die hohe Schule nach Frankreich reisenden Clerikers wollte W. Wackernagel (Zeitschr. f. deutsch. Alterth. VI 296) dem Archipoeta zuweisen.

fol. 148 v II 25: **343.**

I a. Vale! dulcis patria! suavis Suevorum Suevia!
Salve! dilecta Francia! philosophorum curia!
I b. Suscipe discipulum in te peregrinum!
Quem post dierum circulum remittes Socratinum.

II a. In manus eius animam et spiritum conmendo,
Qui se dedit in victimam pro me redimendo,
II b. Et verus innotuit deus resurgendo,
De Bosran tinctis vestibus celos ascendendo.

III a. Duplex est divisio: una substantiarum,
— Que fit in hoc discidio — sed non animarum.
III b. Vobiscum sum, dum vixero spiritu presente,
Licet absens abero corpore, non mente.

IV [a]. Ad urbem sapientię denuo festino:
Spiritus scientię assit peregrino,
IV [b]. Visitet, illuminet mentem inperitam!
Ut misticam sufficiam mercari margaritam.

In engem Zusammenhang mit dem vorhergehenden Liede wird der Gedanke der Trennung weiter ausgesponnen. Der Trost, daß nur die Körper (substantiae), nicht die Seelen von ihr betroffen werden, findet einen passenden Abschluß in der herzlichen Bitte um geistige Bereicherung. I a 1 Valde Z, doch d rad. I a 2 flantia Z. I b 2 remites Z. Vgl. Meyer, Fragm. burana 180.

fol. 149 r I 3: **344.**

Mane prima sabbati surgens dei filius . . .

Sequenz zur Auferstehungsfeier, s. Oeuvres poét. d'Adam de Saint-Victor p. Gautier[3] 254. Die Melodie ist in einfachen Neumen zwischen den Zeilen beigefügt.

fol. 149 r I 30: **345.**

Comici proverbium constat esse verum,
nam vere fiet omnium vicissitudo rerum;
quibus olim sapui super mel sincerum,
factus sum derisui ceu vetulus dierum.

1 Vgl. Terentius Eun. 276: omnium rerum, heu, vicissitudo est.

fol. 149 r I 33: **346.**

Vetustas semper pluribus plura dedit scire.
Testis veritatis est ipsa severitas.

fol. 149 r II 1: **347.**

Post partum, in partu et ante mater viri nescia, . . .

Mariensequenz; aus Z gedruckt Roman. Forsch. IV 496; Dreves Anal. hymn. 34, 119.

fol. 149 v I 1 — 152 v I 20: **348.**

Dicitur Ops terra, sed nimpha vocabitur Opis, u. s. w.
Darüber die Varianten:
a) Ops Rea dicetur, sed nimpha vocabitur Opis.
b) Dicitur Ops Tellus et femina dicitur Opis,
Est opis auxilium, vult sibi pauper opem.

440 Verse, meist Aequivoca, die wohl aus dem Schulunterricht stammen, ohne bestimmte Ordnung aneinandergereiht. Die meisten kehren bei Serlo (de differentiis) in Notices et E. 28 II 434 ff., im Doctrinale (vgl. Reichling LXXXII), im Graecismus, oder in ähnlichen Sammlungen wieder; vgl. Baebler, Beiträge zu einer Gesch. der lat. Grammatik im M.-a. 175—181. Die oft zitierten Verse:
Fur aurum, virgo flores, mare navita, libros
Clericus equivoce singula quisque legit,
die auch der Verfasser des Graecismus (XVII 56 f.) sich zu eigen gemacht hat, stammen wohl von Matthieu de Vendôme, in dessen Equivoca sie vor-

kommen. Hauréau (Notices et E. 27 II 59—64) ist zwar geneigt, den mit A nomen signat, trahitur, profertur, utrumque Colligit . . . beginnenden Traktat dem Jean de Garlande zuzuschreiben, wie das in dem 1476 in Rotenburgo cis Neccarum geschriebenen Cod. Lat. Monac. 5686 fol. 108[a] geschieht: equivocatio terminorum magistri Iohannis de Garlandria ex diversis libris Ysidori, Brittonis et aliorum grammaticorum antiquorum collectus sec. ordinem alphabeti. In Cod. Bernensis 383 findet sich nur der Anfang und zwar ohne Autornamen, in Cod. Bernens. 709 s XII—XIII, dem der Anfang fehlt, lautet fol. 45[a] der Schluß: Expliciunt equivoca a magistro matheo Vindicinensi composita. deo gratias. amen. Vgl. Hagen, Catalogus 510. Geoffroi de Vinesauf (Gaufridus de Vinosalvo) hat etwas später jene zwei Verse im II. Teil seines Encheridion etwas umgestaltet:

Clericus actores, mare nauta, deus meliores,
Fur legit es, flores virgo, viator iter.

fol. 150 r II 13: (Excerpte) **349.**

a)§ Parvulus (darüber: Parvis) inbutus temptabit grandia tutus;
Qui nescit partes, in vanum tendit ad artes.
b) Debile si fuerit, quod multa mole gravatur,
Stragem promittit quicquid super edificatur.
Sic, qui preteritis elementis philosophatur,
Vel nichil addiscit, vel non bene consolidatur.
c) Furari multas docuit res sepe facultas.
d) Libros et libras non equo pondere libras,
Pro centum libris nolo carere libris.
e) Carmina, Naso, canis pueris bona, non bona canis.
f) Caro dico: mane! cum debeo surgere mane.
g) Vnam semper amo, cuius non solvor ab amo.
h) Est sine fraude furor, mihi si mea gaudia furor.
i) Carne, canore, comis me fallit femina comis.
k) Arbor inest silvis, que scribitur octo figuris;
Inde tribus demptis vix unam e mille videbis.

Das bekannte Rätsel: castanea — casta; vgl. Anzeiger f. Kde. d. dtsch. Vorzeit 18, 307; 20, 220 u. 257; Hagen, Carmina 211.

fol. 151 v I 8: **350.**

Große Anzahl von Excerpten in Versen, z. B.:

a) § Allia, vina, Venus, ventus, faba, fumus et ignis,
Caseus et fletus, piper, actus, cepe, sinapis,
Sol, calor et splendor, labor, inproba risio, pulvis,
Ista nocent occulis, sed vigilare magis.
b) § Voce satan, pluma . . . s. **162** g.
c) § Me terret quod humor, non terret quod sonat humor.
d) § Reddere lentus erit hilaris promissor, et audax
Mentiri veri non solet esse tenax.
e) Denigrat meritum dantis mora, sumptaque raptim
Munera plus laudis, plusque favoris habent.
f) § Non redimit mores aurea lingua malos.

g) § Hic Paris, hic Hector, forma, virtute secundus
Occulitur; dolet hunc claudere posse lapis.
Pectore, lorica, pede calcar, milite virtus,
Hasta manu, dextra mucro carere dolent.

h) § Digne rea meretrix est dicta chimera;
Parte leo prima, media caper, anguis in ima.
Nec se tractari nec se permittet amari.
Anguis ad extremum, quia devorat omnia demum;
Est leo per factum, capra sordibus, ydra per actum.

i) § Ludit in humanis . . . Vgl. **160** [b].

k) § Exitus hic artis medice: si quid male sentis,
Accede ad medicum; protinus eger eris.

l) § Quid nocet aposito lumen de lumine sumi.

m) Imparibus meritis pendent tria corpora ramis. 3 Verse.

n) § Omne quod est rutilum . , . Vgl. **160** [c].

o) Intrat nauta fretum ventorum turbine fretum.
Grammatische Verse über equivoca u. a. Vgl. Serlo in Notices et E. 28 II 431.

p) Nulli causidico reor esse fidem neque dico;
Hosti pro modico fit amicus, et hostis amico.
Vgl. Mone, Anzeiger VIII 588.

q) Sunt tria, que nullus potuit nisi conferat usus:
Scribere perfecte, versus conponere recte,
Et docta dictis lingua certare Latinis.
Vgl. Florileg. Gott. 269 Rom. Forsch. III 306.

r) Montes excelsi; demandant montibus el si,
Vivunt, mellificant; qui possunt dicere, dicant.
dicunt Z. Bekanntes Rätsel über Alpes — apes, gedruckt bei Philippe de Harveng, Migne P. L. 203, 1396.

s) Letificat stultum, qui scit promittere multum.

t) Conducit numeros dans, qui locat accipit illos;
Ad quam zeca datur, producitur et breviatur.

fol. 151 v II 30: **351.**

Migrat in exilium ratio, se linea recti
Obliquat, sevus cui dominatur amor.
Non discernit amor primatum, servit honori
Libertas, superis parcere nescit amor.

In zwei proverbia zerlegt bei Matthaei Vindocin. ars versific. (Bourgain) 4.

fol. 151 v II 34: Est onus omnis honor; fer honus vel differ honorem.

fol. 152 r I 1: **352.**

Miles	mercator	vates	parasitus	amator
Horrida	tecificos	subtilia	lauca	pudicos
Prelia	raptores	dictamina	fercula	mores
Exercet	metuit	meditatur	diligit	odit.

Von Zingerle. Wiener Sitz.-ber. 54, 317 in der Sterzinger Misc.-hs. nachgewiesen. Fierville, Une grammaire Lat. inédite (1886) 5 zeigt, daß man solche gekünstelte Verse singula singulis nannte.

fol. 152 r I 5: **353.**

Virtus Iusticia, Pietas, Pax, Phylosophia.

Gleiche Versart in 6 Zeilen.

fol. 152 r I 11: **354.**

Ima, superna, feras, sceptro, fulgore, sagitta,
Terret, lustrat, agit, Proserpina, Luna, Diana.

sagittas Z.

fol. 152 r I 13: Ut cecus videat, quod claudus saltet, . . . s. **168.**

fol. 152 r I 17: **355.**

Spernere mundum, spernere nullum, spernere sese,
Spernere se sperni: quatuor hec bona sunt.
Cedere nulli, cedere cunctis, cedere mundo,
Cedere se cedi: quatuor hec mala sunt.

Die Verse stammen vermutlich von Malachias, Erzbischof von Armagh: vgl. Hauréau, Notices et extr. 32 II 103. — Mélanges 123. Wie Gautier, La littérature cathol. et nationale 219 berichtet, hat die beiden ersten Verse auch Herrad von Landsberg in ihren Hortus deliciarum, woran sie in den Jahren 1159—1175 arbeitete, aufgenommen. s. Bibliothèque de l'Ecole des ch. I 245.

fol. 152 r I 21: **356.**

Verse über grammatische Dinge, meist Equivoca und Differentiae; darunter:

fol. 152 r II 9: a) Res dare pro rebus, pro verbis verba solemus;
Expertus dampna cautior esse solet.
b) Improbus est vates proprios culpando penates.
c) In locuplete domo pollet avarus homo.
d) Tu miser es sponte, qui custodis tua, non te.
e) Nullus sic fortis, quo non sit fortior alter.
f) Concipiens morte parit equa vipera sorte.

fol. 152 r II 29: **357.**

(Epitaphium).

Copia si rerum daret incrementa dierum,
Non ego tantillo fueram claudenda lapillo;
Sed nec opes patris poterant, nec copia matris,
Qualibet in cura morti sua tollere iura.

fol. 152 v I 1: **358.**

a) Argutus brevis est et callidus adque sonorus.
b) Vir prudens astu . . . s. **160** a.
c) Pro vanis verbis montanis utimur herbis,
Pro certis rebus pigmentis et speciebus.
d) Non adeo ferus est, qui non mitescere possit.

e) Fastus obest, lites generat, lites odiosum
Reddunt, ex odio provenit omne malum.
f) § Cum duo concurrunt aliquando . . . s. **137**, 73 f.
g) § Sunt tria gaudia: laus, sapientia, copia rerum.
Hęc tria destruit, hec tria diruit ars mulierum.
h) § Vnde superbit homo, cuius conceptio culpa,
Nasci pena dolor, vita necesse mori.
i) Post hominem vermis, post vermem . . . s. **160** [d].
k) § Vilia sepe facit preciosa frequentior usus.

fol. 152 [v I 21]: **359.**

Iuno	Tesiphone,	Pallas,	Bellona,	Dione,
Aptat,	mestificat,	manifestat,	tradit,	amicat.
Primicias,	Herebum,	subtilia,	vulnus,	ephebum.
Naturę	sceleri,	musis,	hosti,	mulieri.
Conceptu,	pena,	specto,	mucrone,	catena,
Vitę,	terroris,	animi,	Mavortis,	amoris.

fol. 152 [v I 27]: Rex, regina, puer, estas, autumnus, hiemps, ver. 4 Verse.
fol. 152 [v I 31]: Ignis, Phebus, apis, bos, tellus, luna, puella. 4 Verse.

fol. 152 [v II 2]: **360.**

a) Sub titulo fidei paupertas disputat; instat
Insidians sub ovis simplicitate lupus.
b) § Turbat hiemps florem . . . s. **158** [a].
c) § Maxima prosperitas est prosperitate carere:
Nam venit ex nimia prosperitate dolor.
d) § Non eadem ratio est . . . s. **158** [c].
e) § Multa viri capitis, multa periere capitis.
f) § Paulus, Aristotiles . . . s. **158** [d].

fol. 152 [v II 26]: **361.**

Cur ultra studeam probus esse probusque videri
Aut inter socios famam cum laude mereri?
Cur ultra dubitem piger ac indoctus haberi
Et non esse velim delimis in ordine cleri?
Indoctos hodie video pigrosque beari;
Plures cerno bonos fortunę nube gravari.
Arguo fortunam super his et censeo nequam,
Quod rigidam iustis, iniustis se facit equam.
Ludere sic novit dea mobilis ac male ludit:
Hos, quos sublimat, illos in stercore trudit.
Penitet esse probum me, penitet esse poetam,
Qui nunquam duco noctemve diemve quietam.
Nocte vigil tota non cesso versificari,
Pingo die tota cupioque deos operari.
Sed pereant versus! pereant simulacra deorum!
Nil mihi quidpe boni confert ornatus eorum.

Nam mihi quid prosunt versusque stilusque tabella?
Pro quibus in studiis sum passus dura flagella.
Si modo Virgilii vel colloquar ore Catonis,
Aut si rethoricam magni teneam Ciceronis!
Non tamen iste labor plus confert utilitatis,
Quam si forte vomam sermones rusticitatis.
Carmina sepe dedi prelatis ecclesiarum,
Ut mihi conpluerunt de turbine divitiarum;
Sed pro carminibus mihi nil nisi verba dedere,
Et pro carminibus data verba parum valuere.
Ista quidem merces, merces est ista laboris,
Que faciunt seni mihi versus omnibus horis.
Si quis in incudi me reddere posset eorum,
Qui relegant nummos et libras denariorum,
Me iam monetam facerem meliore moneta;
Mallem numicola fieri quam Maro poeta.
Nam si pontefici cuivis cantet ioculator,
Inde bonos versus legat illi versificator.
Quem magis exaudit vel quem plus diligit horum?
Illum — non mirum — quem turba probat fatuorum.
Qui miser esse cupit vel qui cupit infamari,
Libros quosque legat, bene discat versificari.
Et qui vult fieri felix nummisque preesse,
Dormiat et minimum studeat, discat piger esse.
Ista levant animos et producunt ad honores.
Ista gravant miseros et habent sine fine dolores.
Pro nichilo Salomon hominem pigrum reprehendit,
Cui de pigrica fastus fortuna rependit.
Iam modo plura metit, qui nec sevit nec aravit,
Quam qui forte gelu solesque graves toleravit.
Temporibus nostris mutari secula cerno:
Omne vetus studium perit accedente moderno.
Artes scire bonas fuit olim gloria cleri;
Gloria magna fuit laudem sine labe tueri.
Nunc inhonesta sequi, nunc sectari levitatem
Gens hodierna solet, morumque fugit probitatem.
Artes scire bonas nunc pro nichilo reputatur,
Nummos scire bonos hoc prevalet, hocque probatur;
Hoc hodie studium deducitur absque labore:
Quod quicumque tenet, hic sublimatur honore.
Hoc studio baculus donatur pontificalis;
Utitur hoc studio gradus omnis symonialis.
Hoc arismeticam studium dixere priores,
Hinc etenim multi sunt facti posteriores.

37 cupit miser esse Z, durch b a corr. 40 nimium Z. pier Z. 48 Nonne metus studium periit a Z, Rest der Zeile leer. 49 scire] cur Z. 51 levitatum Z. 52 moresque f. probitatum Z. 53 sine bonis Z. reputantur Z. 54 Nunc nos Z. 57 Hoc h̄ öie baculo Z.

Est quamvis studium bene scribere, versificari:
Discat gramaticam prudentia, philosophari,
Quam nummos nummis, libras libris cumulare,
Ac ex usuris usuras multiplicare.
Is, quia denarios bene conperit omnia posse,
Quando canit, vertit gaudens ad denarios se.
Hos colit, hos recolit, his predicat hos et honorat,
His sua festa canit, magis hos quam numen adorat.

Sillaba longa brevis, brevis illi longa videtur.

67 predicat et hos Z. 68 parat, darüber canit Z.

Diese häufig vorkommenden Verse, deren Verfasser höchst wahrscheinlich Petrus Pictor ist (vgl. v. 13 ff.), lassen an satirischer Schärfe und Bitterkeit nichts zu wünschen übrig. Sie wurden zuerst von Flacius, Varia doctor. . . . poemata 349 aus einer Basler Handschrift (e bibliotheca Praedicatorum) ans Licht gezogen; Fierville hat sie Notices et Extr 28 II 129 u. 153 in zwei Hss. v. Saint Omer 115 s. XIII f. 96 u. 710 anni 1316 f. 119 nachgewiesen und von v. 47 an: Temporibus nostris . . . . (80 Verse) zum Abdruck gebracht; vgl. Hauréau, Notices et E. II 349, V 211. Z bietet einen nachlässigen, lückenhaften und plötzlich abbrechenden Text.

fol. 153 r II 28: **362**

Omina sunt hominum tenui pendentia filo.

Auch fol. 141 v II 34. Gedruckt in P. L. 171, 1349. Variation von Ovid Ep. ex Ponto IV 3, 35. Vgl. Rom. Forsch. III 297 nro. 163.

fol. 153 r II 29: **363.**

Vitę terminum non producit gloria
nec mundi divicię:
Iam non floret hodie, quem sors heri prospera
ferebat ad sidera serenata facie.

fol. 153 r II 31: **364.**

O Maria, stella maris
pietate singularis . . .

Mariensequenz von Adam de Saint-Victor; s. dessen Oeuvres poét. p. Gautier[3] 175—178.

fol. 513 v I 18: **365.**

Estuans intrinsecus ira vehementi,

In mehreren Absätzen geschrieben: aus Z herausgegeben von Wackernagel, Zeitschr. f. dtsch. Alterth. V 293—295. Leider sind wir über die hsl. Überlieferung dieses sehr oft gedruckten Gedichtes (Confessio Goliae) noch recht wenig unterrichtet, so daß auch die Autorfrage noch nicht endgültig gelöst erscheint. Vgl. Jac. Grimm, Kleinere Schr. III 70—73; Carmina burana 67—71; Wright, Walter Mapes 71; [Groeber], Carmina clericor. (1876) 64—74; Hauréau, Notices et E. 29 II 266; Schreiber, Die Vaganten-Strophe 35—53.

fol. 154 r I 7: **366.**

a) Sanctus; deus iudex iustus . . . Tropus zum Sanctus und Gloria.

fol. 154 r I 21: b) Alpha et Ω digne dicto
patenti bonis hostio . . .

fol. 154 r I 31: c) Hęc est summa solemnitas,
qua divina benignitas, . . . Benedicamus mit Neumen über den Worten.

fol. 154 r II 5:

367.

Ex libro tristium.

Si quis, qui quid agam, forte requiret, erit,

502 Verse aus Ovids Tristien excerpit, hie und da mit kurzen Interlinearglossen; am Schlusse folgen längere Erklärungen, z. B. Anacreon fuit quidam poeta de Tegio opido, qui docuit quomodo vinum modice sumptum augeat amorem et inmodice sumptum fug(i)at. Sapho fuit quedam puella de Lespo insula, que scripsit de amore: quam Oracius in odis imitatur. Callimachus fuit filius Baccii, qui multociens fatebatur amores suos et ludos in versibus suis. Menander fuit quidam Grecus comêdus, qui scripsit in omnibus fabulis suis de amore. Odissea est quedam fabula, quam scripsit Accius poëta tractans de Penelope, quomodo sprevit procos, qui petebant eam, dum Ulixes esset ad obsidionem Troię. Circes et Calisto, que amaverunt Ulixem; et Circes per biennium, Calisto vero per annum habuit eum; hoc Omerus Meonides refert u. s. w.

fol. 158 r II 6: Non propter capiendam gloriam scribimus, sed ideo, ut per scripturam obliviscamur partim curarum nostrarum.

fol. 158 r I 8:

368.

Quem plebs infamat, purgabitur in manifesto.

9 Verse über die Expurgation: vgl. Wiener Sitz.-ber. 55, 551.

fol. 158 r II 17:

369.

Eheu! fortuna non par aut omnibus una
Quos vult sublimat et eosdem si volet imat.
Quod liquido paret: quia, qui modo floruit, aret;
Quique decore caret, si vult versa vice claret.

1 Hheu: Fehler des Rubricators, der das am Rande stehende e übersah.

fol. 158 r II 21:

370.

Ama, si vis amari.
a) Dilige lege pari, tu qui queris redamari.
b) Prefixas metas nullius transiet etas.
c) Ire catenatus nescit canis inveteratus.

fol. 158 r II 24:

371.

Cur portam claudis, tu dives papa subaudis;
Sed nummi causa scio, quod sit portula clausa.
Arguo claustrales permulta, sed officiales
Ut viciis plenos verisque bonis alienos.

fol. 158 $^{r\ II\ 28}$: **372.**

Inportuna fames, princeps et domna cocorum,
Efficit, ut sapiant quelibet insipida.
Aspera gustu dulcia reddit luxus edendi,
Et potum quamvis acidum sitis arida blandum.

fol. 158 $^{r\ II\ 32}$: **373.**

Unus ero tecum, si nos fedus liget equum;
Est etenim fortis dilectio, mortis ad instar;
Quare gesta nota perpaucis utpote nota.

fol. 158 $^{r\ II}$ unten: **374.**

Nox et amor vinumque nichil moderabile suadent;
Illa pudore caret, Bachus Amorque metu.

Aus Ovid Amor. I 6, 59 f.; vgl. Mone, Anzeiger VII 507 (n. 133), Rom. Forsch. III 308 (n. 295).

fol. 158 $^{v\ I\ 1}$: Angelicum carmen Grece: Doxa en ipsistis . . .

fol. 158 $^{v\ I\ 17}$: Credo in deum Grece: Pistewo isteon . . .

fol. 158 $^{v\ I\ 34}$: Agnus dei Grece: O amnos tu theu . . .

fol. 158 $^{v\ II\ 3}$: Tu celerem mihi confer opem rex inclite celi. 7 Verse.

fol. 158 $^{v\ II\ 10}$: **375.**

De observatione lunę.

Observationes temporum et cursus lunę . . .

Gedruckt: Rhein. Mus. 42, 638.

fol. 159 $^{r\ I\ 1}$: **376.**

Excerpte und Erklärungen, z. B.:

Dispensatio est temperantia, ... über Cognatio, Vinculum, Linea u. s. w.

fol. 159 $^{r\ I\ 34}$: Premia victorum pendent ex fine laborum.

fol. 159 $^{r\ II\ 33}$: Aristotiles Alexandro: Ars non intellecta deliramentorum generativa est.

fol. 159 $^{v\ I\ 1}$ — 170 $^{r\ II\ 6}$: **377.**

Maria virgo et mater, nec primam similem visa est, nec habere sequentem, cum et sancti dicant, quia votum virginitatis fecerit prima . . . Schluß: ut terram nostram ad fructum bonorum operum excolere possimus.

Ausführliche, meist sachliche Erklärungen zu einzelnen Stellen der Evangelien oder einer Evangelienharmonie. Die Lemmata sind rot unterstrichen. Einen Teil bildet die Expositio dominice orationis (fol. 162 $^{r\ I\ 34}$ — 162 $^{v\ I\ 19}$).

Der Standpunkt des Compilators ist ein kritischer: allzu mystische Auslegungen weist er zurück (z. B. fol. 159 v II): dagegen liebt er es quaestiones aufzustellen und deren Lösung zu versuchen. Er beruft sich auf eine Glosa, auf Augustin, Ieronimus, Elvidius, Beda, ecclesiastica historia u. s. w. Oft wird Magister Hugo oder Magister Petrus zur Entscheidung streitiger Punkte angerufen. Unter diesen haben wir wohl Hugo von Saint-Victor und Petrus Cantor zu verstehen; vgl. Gutjahr, Petrus Cantor (1899) 54.

fol. 170 r II 9 — 174 r I 20: **378.**

ORDO ACTVVM APOSTOLORVM.

